Si cui certā. Si legatur pars hæreditatis, intelligitur cū honorib.& onerib⁹: si pars bonorum, intelligitur deductis onerib. h.d. Op.ad istū.§ de l.seq Sol Ro.intellexit, ꝙ hic loquatur ſm tpa antiquissima: vel ꝙ quis legauit certā partem hǣditatis, hoc est rē, quæ facit partem hǣditatis: lex vero sequēs, loquitur in duobus casib specialib. qđ nihil est dicere. Nam est ꝯ l.non amplius.§.cum bonorū.ſ.ti.1.& l.gñali.§.fi.ꝟ. de vsuf. leg. Dic ergo ſm Azonē, ꝙ hic legauit certā partē hǣditatis, in cto onera diuiduntur, quia nomen hæreditatis hoc importat: in l. seq. legauit partē bonorū, quæ intelliguntur deducto ære alieno, l.subsignatum.§.bona.& l.bonorū.de ver.sig.ista est vera. Sed ad istud opp ꝟ.ad Treb.l.cogi.in priñ.vbi si relinquūtur bona, intelligitur cum oneribus,& honorib. Sol.dicit Dy.aut bona relinquūtur iure legati.& ita loquitur ista lex: aut iure fideicommissi,& loquit lex ꝯria. Ita tenet Dy.in l.pupilli bona.ꝟ.de ver.sign. Et gl. vr̄ idē tenere in l.subsignatum.§. bona, de verb.sign. Certe si ista opinio esset vera, ꝯdiceret a illi rēæ, quam dedi in l.1.ſ.ti.1.ꝙ legata vniuersalia,& fideicōmissa vniuersalia sint exæquata, quod dixi me examinaturum hic. Vnde Iac.de Ra.Pe.& Cy.qui hoc refert in l.2.C.com.de leg.in tertio ꝯrio dīt, sicut †exæquata sunt legata particularia particularib. fideicōmissis, ita vniuersalia vniuersalib fideicommissis. Ad l.cogi.rñ.ꝙ ibi oīa bona relinquuntur: hic pars bonorum,& ita pertranseunt ipsi. Ego opin.istorum teneo, †& pro his do casum in l.quoties.§.fi.de vsufru.vbi si legantur oīa bona.intelligitur.1.oīs substantia, ᵇ qđ est idem, quod hæreditas. ꝟ.ad Treb.l.cogi.in prin.& ꝓbatur.ꝟ.de vsuf leg.l.vxori.vbi legato vsufructu bonorū, venit calendariū, qđ cōtinet debita, & credita: secus si certæ partis bonorū legetur vsusf. l.gñaliter.§ fi.de vsufr. leg. Ratio, qñ testator legat oīa bona, si intelligeret deducto ære alieno, ex hoc sequeretur, ꝙ legatarius hēret totum cōmodū, & apud hæredes remanerent oīa incommoda, qđ est inconueniens l.si non fuerint §.1.ſ.pro soc.& ideo intelligitur vniuersaliter, vt transeant debita, ᶜ & credita. Sed qñ pars bonorum relinquitur, cessat prædictum inconueniens,& ideo dr̄ hoc casu legatum particulare siue ergo oīa bona relinquantur iure legati, vel fideicommissi, legatarius, vel fideicommissarius, habebit beneficium Trebelliani, vt in eum actiones debeāt trāsire, l.mulier.§.fi.ad Trebe. & quod ibi no.idē si pars hǣditatis, vel tota hæreditas relinquatur, vt h.c.& no.in d.§.sed si pars bonorum relinquitur, non habebit beneficium Treb.cum in eum non transeant actiones, vt hac lege, cum aūt Sed ꝯ hoc facit ad Treb.l.cogi.§.gñaliter.in gl.super verbo, de vniuersitate, quæ dicit tota, vel parte, sed aliud intelligitur, qñ vtitur verbo, hæreditatis, secus si verbo, bonorum, vt hic. †Sed quæro, quid si testator instituit me hæredem in certa parte hæreditatis,& rogauit me restituere illam partem, vtens vocabulo, bonorum: Rñ. fideicommissum dicetur vniuersale quatotum, qđ mihi relinquitur, sum rogatus restituere.& sic hēt locū ratio præcedens. Idem si rogatus sum restituere medietatē vni, medietatem alteri, ita ꝙ apud me nihil remanet, ideo dicet fideicōmissum vniuersale, p eandem rationem, licet prima facie videbatur relicta pars bonorum. †Sed quæro, aliquis testātor relinquit partem bonorum,& in his eum hǣdem instituit, an deducētur debita,& credita: Vr̄, ꝙ non, quia reliquit iure hæreditario. Contrarium est verum. Nā partem bonorum reliquit, ergo &c.& illud qđ sequitur,& in his hǣdem instituo, intelligit i his, quæ cōtinēt legatum certæ partis bonorum,& sic hr̄s institutus erit in certa. Nam † nā illius dictionis, in his,& similium, est, vt faciat relationē præcedētium cū oībus suis qualitatib. l.a filio.§.testator.& §.seq.& ibi dicam, ꝟ.de ali.& cib.leg †Quæro, qñ legatur pars bonorum, æs alienum debet deduci, vt hic,& solutio dēt fieri ſm formam. l.nō amplius.§.fi.titu.1.quid dicendum de legatis, an deducantur: Rñ. aut sint legata species hǣditaria vni,& pars bonorum alteri: tunc illa species deducitur non p istam legem, sed per illam, quæ est, ꝙ gñi p speciem derogatur, l.vxorem.§.codicillis.& l.seruis vrbanis in fi.ꝟ.ti.1. Secus si vni legetur species, alteri vsusfruc.certæ partis bonorum. ᵈ l.Sempronio.in prin.ꝟ.de vsufr.leg.quod dic ut ibi. Si vero legatur quantitas, tunc aut est tale legatum, ex quo non detrahitur Falcidia,& illud deducitur, vt hic, dum dt, de pretio seruorum. Et aduerte, ꝙ gl.dicit de seruis, quos præcepit redimi,& manumitti, vt ostēdat nō fuisse dispositum de specie hǣditaria sed de quantitate. Idem est ergo in legatis ad pias causas, de quibus non detrahitur ᵉ Falcidia, vt in auth.similiter.C.ad l.Falc. Si vero sunt legata, de quib. Falcidia detrahitur,& ista isto modo non detrahuntur: qđ patet, quia venit in contributionem legis Falcidiæ. Nam æstimabitur quantum valet illa pars bonorum, non deductis legatis,& æstimabuntur legata alia,& sic contribuentur,& videbitur, an sit locus Falcidiæ, l.qui quadringenta.& l. Marcellus, in prin.infra ad Trebellia. Prædicta vera, nisi de mente testatoris aliud appareat, vt si post multa legata facta dixisset, aliorum vero bonorum meorum partem dimidiam lego tali. Nam per hoc quod dicit, aliorum, videtur velle prius legata detrahi, vt videbitis in d.l.qui quadringenta.& d.l.Marcellus.

ADDITIONES.

a Ale. Contra diceret. Vide per Ang.& alios in l.mulier.§.fi .ad Treb. Dec.consi.576.nu.1.Pari.consi.43.nu.61.62.lib.3. Soci.sen.consi.82.num.3. lib.4.Ias.consi.64.in prin.lib.1.& ibi col.fi.declarat. I. M.

b Alex. Omnis substantia.& idem, quod tenet Bar.hic, tenet Ang.in l.non amplius, §.fi.sup.ti.1.& vide ibi Pet.de Bella per.& Cyn.in l filium.C.fam.ercisc.dum loquitur de Trebellianica, ita loquitur Imo.in l.cum filius.in vlt.col.in prin.sup.de vulg.& pup.& vide in l.fi.de vsufr.leg.

c Alex. Transeant debita. Quando legatur certa pars hæreditatis, seu certa pars bonorum, quid importent,& releuent ista verba, adde quod no.Bar.in l. Centurio. de vulg.& pup.& vide Iac.de Bel.Inst de fideic hær.post princ.& gl.ibi in §.sed quia hæredes, in ver. solebant. adde, quando relinquitur certa pars bonorum, Bal.consi.10.lib.4.

* Nam Soci.iun.consi.139.nu.10.lib.1.Pari.consi.45.nu.5. Ruy.consi.182.nu.19. lib.1.scripsi.consi.303.nu.23.& consi.376.nu.64.lib.4

d Alex. Certæ partis bonorum. Vide Bal.in l.quoties.in fi.fam.ercisc.

* Ias.consi.18.nu.2.lib.1. I M.

e Ale. Non detrahitur. Adde Bar.in l.ex asse.ad l.Falc.

LEX X.

Cum fundus Quod rei legatæ accedit, ad legatariū pertinet.h.d Oppo.ꝙ præsens tempus debet inspici, l.si ita.de au.& arg.leg. Sol.ibi contingit augmentum in alijs rebus separatim, hic in eadem re, quod dic, vt l.serui electione.§.fi.& l.ex toto.in prin.ſ tit.1.quod no.

LEX XI.

1 *Seruo proprio legatū tenet, quādo est tantæ efficaciæ, quod cōtinet libertatē.*
2 *Alimenta item proprio legari possunt*
3 *Seruo communi legari potest.*

Statuliberum. Statulibero nō potest hr̄s legare, nisi sub ꝯdōne libertatis, vel si moriēte herede seruus futurus sit liber.h.d Op.in Auth.vt liberti de cætero. §.si quis.Sol.dicit gl.fallit ibi,& in alijs casib.vbi qs seruo proprio legat. Dic, ꝙ † quis pōt seruo proprio legare, qñ legatum est tantæ efficaciæ, ꝙ et libertatē tribuat, vt d.§ si quis. Item pōt † legari alimenta, l.seruus.de ali.& cib.leg & ſ.tit 1.l seruo alieno.§.1. Item † pōt legari seruo communi.l. Plautius.ꝟ.ad leg.Falc. Item seruo proprio legato, l.seruo.in prin.& l.si a plurib.§.fi.ſ.ti.1.

1 *Facere qui tenetur aliquid intra tempus eidem statutum ad faciendū, si nō facit, post tempus videtur prohibitus.*
2 *Electio transfertur in legatarium, herede in mora eligendi existente.*
3 *Electio facta, quando liceat variare.*

Stichum. ᵃ Permissum ad tp̄s, post tp̄s vr̄ prohibitum esse,& post electionem sola res electa vr̄ esse in legato,& variare non licet, h.d. No. † ꝙ ei, qui potest aliud facere, si ad faciendum statuatur tp̄s,& intra tp̄s non facit, post tp̄s vr̄ esse prohibitus, siue statuatur tp̄s a testatore, vt hic, siue a iudice, l.mancipiorum.ꝟ.de op.leg.& l si ea.C.qui accus.non pos.& l. Titia.ꝟ.de accu. Facit l.Imperator.ſ.de postul.vbi eꝯ prohibitum ad tēpus, post tp̄s vr̄ permissum. † No.ꝙ post moram hæredis in eligendo, trāsfertur electio in legatariū. Idem si electio trāsfertur in tertiū, vt C.commu.de leg.l.fi.§.sed & si quis. † No.ꝙ licet variare post electionē factā. Cōtra.ꝟ.de ver.ob l.si qs stipulatus sit Stichum, aut Pamphilum. Gl.sol.hic. Dixi in l.hi.iō.§.Stichum.ſ.ti.1.

ADDITIO.

a Stichum. Adde l.aduersus.C.de neg.gest.& l.etiam mat.de prob.& l.non solū. §.sed vt probari.inf.de ope.no.nun.quod facit ad qo.de qua ibi per Bar.

LEX XII.

Si pecunia. ᵃ Pecunia legata, etiam si in bonis non esse reperitur, ex hæreditate soluēda est.h.d. Ista lex non procederet hodie, hærede faciente inuentarium. Nam ille tenetur satisfacere de rebus hæreditariis, si eas potest vendere. l.scimus.§.& si præfatam. C. de iure delib. Et hoc est verum in quātitatibus, in speciebus secus, l.cum ita.§.species.ꝟ

ADDITIO.

a Si pecunia. Dec.consi.46.nu.3.vers.sed his minime. I.M.

Quod ita legatum. Dies incertus habetur pro conditione.

LEX XIII.

1 *Actionem qui cedit contra vnum ex correis, alius liberatur a cedente.*
2 *Testator si legat nomē debitoris, & hæres illud cedat legatario, legatario agenti potest obijci compensatio, ex person hæredis.*

Qui duos. ᵃ Qñ facto hǣdis debitor liberatur, imputatur hǣdi.h.d. † No.ex ista lege, ꝙ q cedit actionē ꝯ vnū ex correis, alius liberatur a cedēte, vt hic,& l si sic.§.fi.cū l.seq. ſ.ti.1.multo magis p cessionē dēt intelligi liberatus ille, ꝯ quē facta ē cessio:& hoc verū, qñ cessio nō fit ad cōmodū cedētis, sed cessionarij, l.facta.§.si hr̄s scriptus.ꝟ.ad Treb.& ibi dixi p istā.l.dicebā in q.de facto, testātor reliqt alicui actionē, q̄ habebat ꝯ Titiū, q̄ hr̄s legatario cessit, legatario agenti opponebat cōpensatio ex psona hǣdis, qđ fieri pōt, ſm determinationē Dy.in c.is, q in ius, de reg.iu.lib.6 & gl.tangit in l si quis tem.ſ.de proc. Nam legatarius habebit regressum ꝯ hæredem, quia facto eius, qui non soluit qđ debet, debitor liberatur, vt hic. Facit l.qui solidum.§.fi.ꝟ.co.

ADDITIO.

a Qui duos. Vide Bal.in l.ex legato.in 3.q.C.de leg.

Si is qui. Si idem legatur duobus insolidū, vni debetur res, alij æstimatio, h.d. Op.ꝟ.ti.1.l.vxorē.§.1. Gl.dicit sol.vt ibi. Dy.tenet illam, ꝙ ibi primo legauit totum, secūdo partem. Ideo vr̄ adimere a primo, quod legauit secundo, cum quę

tio

stio.C.de leg. Pet.tenet aliam, ꝙ ibi fuit legata species, hic quantitas, quod non placet, quia legando quod Titius debet, non vē legata quantitas, sed actio, & sic species, l.si sic.§.1.ſ.tit.1.& ideo vbi testator dixisset expresse, insolidum, non facerent sibi partes per concursum, l.si plurib.sup.tit.1.

L E X XIIII.

Si idem seruus. In dubio libertas præualet legato. hoc d.examina, ut l.seruum filij.§.si idem.sup.tit.1.

L E X XV.

Si quis. Vtriusq; rei legatæ alternatiue, non potest pars præstari, sed vna solida debet solui.h.d.

L E X XVI.

1 *Duo rei credendi conficiuntur per actionem alternatiuam.*
2 *Vnus ex duobus reis credendi, si exegit totū, quādo cogatur alteri cōicare.*

Si Titio. Duo rei credēdi p dictionē alternatiuam possunt constitui, & ille erit potior, qui prius litem ɔtestabitur h.d. 1 † No. ꝙ duo rei credēdi conficiunē per dictionem alternatiuam. Simile in reis debēdi, l.si ex toto.§.1.ſ.tit.1. & auth.si qñ.C.de ɔsti.pe. Op. C.de ver.sig.l.cum qdam. vbi alternatiua posita inter honoratos resoluitur in ɔiūctam. Solu. electio data hrdi tollit ɔiūm, dixi in d.l.si ex toto.§.1.Op.de l.q pecuniam, de statu lib. Gl.nō soluit. Dy. hic dicit, ꝙ hæres dānatus est dare alternatiue, ibi simplr. & iō cuilibet ꝑ parte. 2 † Quærit gl. qd si vnus exegit totum, an cogatur restituere alteri? Gl. ꝙ sic, ꝑ actio.ne ge.l.1.C.de duob.reis. sed illa loqtur ī reis debēdi, hic ī reis credēdi. Gl.est hic, & in l.frater a fratre.ſ.de ɔd.indeb ī gl.1.mag. Alibi dicit gl. ꝙ ita demum tenet alteri correo, si erāt socij, l.hoiem.§.1.de solu. Veritas est. vt distinguamus, aut erant socij omnium bonorum, vel illius obligationis, & debent cōicare actione pro socio, d.l.q hominē.§.1.& ibi no. aut non erant socij, & tunc aut debitum erat ɔctū d pecunia communi, & tūc alter ab altero pōt repetere, & isto casu potest dicere verum ista gl & in l. frater a fratre. & sic non est ista gl. referēda ad tex. Si vero erāt creditores ex cā lucratiua, qa a iō donandi fuit eis promissum, vel legatū, vt in casu huius legis, tunc alteri alter non debet cōicare, l.in lege Falcidia hoc esse obseruandum.inf.ad l.Fal. Dixi in materia duorum reorum.

L E X XVII.

1 *Nudus minister, quis dicatur,*
2 *Executor contra hæredem non habet actionem ad petenda legata, quorum executio est sibi commissa, nisi quādo relinquitur ad pias causas, & pro alimentis.*
3 *Executor in casibus, in quibus habet actionem contra hæredem ad petendū legata, quam actionem habeat.*
4 *Relictum pro anima, uidetur relictum ad pias causas.*
5 *Officio iudicis cōsulitur executori in illis casib.in quib. non habet actionē.*
6 *Executor non conuenitur a legatarijs,*
7 *Executor an cogatur acceptare officium remissiue.*
8 *Executores qualiter possint uendere bona hæreditaria, remissiue,*

Si quis Titio. Qñ fideicommissum deficit, legatum remanet penes legatariū nisi sit nudus minister. a h.d. Op.a de l.filio.§.matri.inf.de adi.leg. Gl.hic dicit, ꝙ ibi mater erat nuda ministra. Glo.est ɔ tex.illius.§. Dic ergo, ꝙ ibi fideicommissum deficit ex uolūtate defuncti expssa, & iō tūc deficit legatum, hic vero deficit casu.l. morte fideicommissarij. Opp. ſ.e.l.codicillis.in prin.gl.Sol. Tu dic, vt ibi dicā Op. ꝙ istud fideicommissum debebat hrdi fideicōmissarij, qa trāsmittit ad heredē post diē legati cedentē, ut l.1.§.i manumissio.C.d cad.tol. Sol. intelligas hic fideicōmissariū mortuū uiuo testtōre, fm Dy. vel pēdēte ɔdōne vel sine hrde, fm Pe. Quæro, qs dicat nudus minister? b Gl.hic dicit.b ille, q nullū sentit ɔmodū. Ad hoc alleg. Iac d Are. 1 l.Sulpitius.ſ.de don.inter vi.& vxo.q multū facit.† Tu tñ dicas clarius sic. Qñq; in aliquē ɔferunē uerba dispositiua, vt in hoc exēplo, lego Titio decē, q uolo eū restituere Sejo, tunc est legatarius ut hic. Idē si dispō in eū ɔfertur tacite, ut qa voluit eum restituere post aliquod tps, & sic uoluit eum sentire aliquod commodū c ex legato, & erit tunc legatarius, d l.Sulpitius. Facit l. si qs ç eum. ſ.de ɔdi. & de. Si uero in eū non conferuntur verba dispositiua tacite, vel expresse, sed solum ei committitur executio facti, tūc si quidem debet habere commodum ex dispōne defuncti, non ex dicto legato, sed aliūde, vt si vnum ex hæredibus facit executorē vel executori aliquid legauit retinēdum pro se, tunc dr executor sed nō merus, quia pōt ɔueniri a legatarijs.l.si a pluribus.ſ. ti.1.& debet satisdare.l.quidam.§ pe.ſ.tit.1.quod nō facit merus executor, l.diuus.ſ.si cui plus, q per leg. Falc.& ibi dixi de hac satisdatione. Ad illū tñ executorem non merum legata, & fideicommissa deficientia non redeunt.l.pecuniæ.de ali.& cib.leg. Si uero in eū non confertur dispositio tacite, uel expresse, nec commodū aliquod sentit ex uolūtate defuncti, tūc est merus, & nudus executor, de quo loquitur ista lex, & facit l.diuus. & aliæ leges de qbus 2 dicam, † Quæro, an executor d merus, vel mixtus habeat actionem ɔ hrdem ad petenda legata, quorum executio est sibi commissa? Glo.dicit, regula est, ꝙ nō, ut l.Lucius.§.1.ſ.ad Treb. fallit in casibus, qñ relinquitur ad pias causas, uel alimenta, quod no.

3 Quæro, in casibus, in quibus dicit, ꝙ habet actionem, quā actionē habeat executor? Rñ.nō habet nouam actionem. sed exercitiū e illarum actionum, q competunt legatarijs, qb.debet solui, l.nulli, & l.si quis ad declinandā.C.de episc.& cler. ita tenēt ibi Pet. Aduerte tamen, quandoque isti executores sustinent uicem hæredis vt si testator iussit bona sua dari pauperibus.& facit aliquem executorem suum, d.l.si quis ad declinandam, & in cap.cum tibi, extra de test.& ibi per Inn. in c.cum Ioannes.& ibi per Io. An. eo.ti. & Ros. in libel.in tit. de act.ex test.& per Spe.in titu.de instru.edi. §.nunc uero aliqua. Circa quod uide q. quam disputaui, quę f incip filium adultum testator instituit. No. etiam illam gl. f quæ in- 4 nuit, † quod oē, quod relinquitur pro anima, videtur relictum ad 5 pias causas. g Quæro in casibus, in quibus dicit glo.† quod nō ha- g bet actionem, qualiter executori consulatur? Rñ officio iudicis, 6 l.Quintus, ſ.de annu.leg. Quæro, † vtrum executor possit conue- h niri a legatarijs? Gl. ꝙ nō, h in l. Firmio.§.fi.ſ.qñ dies leg.ce. Dic vt 7 ibi dixi † Quæro, an executor possit cogi acceptare officium executionis? Dixi in l.1.ſ.eo. Alia circa executores ponit Cy. in d.l. id, i quod pauperibus.C.de epi.& cle. Qualiter autem i † executores 8 possint uendere bona hæreditaria. de hoc fecī repetitionem in l. alio hærede.ſ.de ali.& cib.leg.

A D D I T I O N E S.

a Ale.Op. Hoc tamen limita in casu l.cum filio, sup.tit.1.secundum lect. Bar.& est sing.limitatio secundum Ang.ibidem.

b Gl.hic dicit. Vide Bal.& Doc.in ista materia, in l.nulli, de episc.& cle. per Ioan. An.in addi. Spe.in tit.de instru.edi.§.nunc vero aliqua, in addi quæ incipit. per superiora, &c.

c Facit l.si quis. Et uide Bal.& Doct.in l si a pluribus, sup.ti.1.& eo.ti. l.quidam,§. si scriptus, & an actio competat contra executorem, vide Bal.in d.l.nulli, in 1.col. Bar.in l.Firmio.inf.quando di.leg.ced.

d Ale. Quæro, an executor habeat actionem cōtra hæredem. Bal. vero indistincte tenet, qđ sic, in l.id qđ pauperib.de episc.& cle. et ēt contra debitores, ut ibi. uide in l.si quis ad declinanda, p Bar.C.de episc.& cle.& Bal.in d.l. nulli, in 1.col. per Io. An.in addit. Spe.in tit.de instr.edi.§.nunc vero.& uide Bal.in l.ex uerbo. C.de fideic.lib. et an habeat rei vendicationem, Bal. quod non, in l.a. C.com.de le.adde, ut per Pau de Cast.consi.147.

e Ale.Sed exercitium. Sed an isti executores agant nomine proprio, vide in Spe.in d.§.nunc uero aliqua, in uersi.nūquid ante litem. Bal.in d.l.id quod pauperibus, de episc.et cler. adde Bar.in l.hæreditas, la 2.de hære.insti. et Bal. in auth.licet. C.de nat.libe.

f Poma. No.etiam illam gl. Vide Ale.consi.14.in 4.uolu. Pau. consi.106.in 1.dub Pau.de Cast.in l.1.ad fi.C.de sacros.eccle. Rom.consi.69.in 2.col. Pau.con.63. in 2.volum.

g Ale. Pias causas. No. quod omne quod relinquitur pro anima, dicitur ad pias causas. Vide d.l.nulli, in glo.eius, & Specu.omnino in d.§.nunc vero aliqua, versic.& scias.el 2. Et Bal.in auth.similiter, ad leg.Falc.& Bar.in l.alio, infra, de ali.& cib. leg. Pro quo vide tex.sing.secundum Imo.& Rom.in d.l.illud in ista glo.C.de sacros.eccl.quod Ang.reputat sing.sed alium adait Imo.in d.l.diuus.ff.ad leg. Falc. & pro ista glo.est casus in cap.1.§.donare, secundum Bal.ibi in tit. qua. olim feu. alie.po.in 4.sib.feudo.

* Socin.tract.fallen.reg.310.Dec.consi.120.col.1. I. M.

h Ale.Gl.quod non Nec a creditoribus secundum Ioan.And.in d.§.nunc vero aliqua.in addi.

i Qualiter autem. Vide Bar.in l.a filio, in princ. infra de alimen.lega.& Bal.in l.nulli.C.de episco.& cler.& Imo.in capitulo. Quintauallis, in 19.differentia.de iureiurando.

1 *Hæres negligens in eligendo, pōt moram purgare vsque ad litem contest.*

Si hæres. Negligētia eius, qui potest eligere vnum ex certis, facit omnes ad legatum admitti.h.d. No. no a uum casum. Opp.de l.si quis seruum.a §.si inter duos.ſ.eod. Glo. non sol. Dy.dicit, ꝙ ibi testator sensit de certo, quia eum nominauit nomine proprio: hic vero relinquit incerto de certis. Facit ꝙ nc.ſ.tit.1.l.si quis a filio.§.si quis plures. Opp. ꝙ quilibet insolidū admittatur, vt ſ.l.proxi. Gl. non sol. clare. Dic, ꝙ ibi testator legauit duobus alternatiue, hic vni de certis, quem hæres elegerit, vnde eo non eligente, omnes simul admittunt, q vocātur. Opp. ꝙ ille pferatur, qui primo petijt, l.cum quidam ita fideicommissum. ſ.e. 1 Sol. vt ibi dicam.† Quæro, b intra quantum tps hæres eligere de- b beat, ne dicatur negligens? Rñd. cum primum potest, & si fuit negligens, poterit purgare moram vsque ad litis contestationem faciam ab vno.d.l.cum quidam.ſ.eo.

A D D I T I O N E S.

a Ale.l.si quis seruum. Ad intellectum huius literæ, vide Imo.post Dyn.in l.qui filij us.§.1.supra tit.1.

b Quæro. Ruy.consi.76.num.10.in fi.& nu.11.lib.1. I. M.

L E X XVIII.

Hæredem. Potest mihi legari res mea sub conditione, si mea esse desierit.h.d.

L E X XIX.

1 *Errans in dominio, impedit dominij translationem, quando transfertur ex uoluntate tradentis, secus si ex legis dispositione.*
2 *Error in alternatiuis non impedit electionem, secus quando simpliciter relinquitur optio rerum.*
3 *Facta executione a lege, siue ab homine non est locus purgationi moræ.*

Si is cui. Per petitionem, vel solutionem unius ex rebus alternatiue legatis, ius eligendi consumitur, etiā si eam solam quis legatam putauit, h.d. Extra gl.opp.de l.pe.C.de cond.inde. Quidam dīt, ꝙ illa corrigit istam. Doct.ibi dicunt, ꝙ ibi loquitur, quādo vtraq; res fuit soluta, & debebantur alternatiue, sed

ne.sed hic qn altera tātum. Ad hoc op. vr, ꝙ ētisto casu possit repeti res soluta.l.cum is.§.fi. de cond. ind. Gl. sol. duobus modis, quas so.reprobat in ꝯrio,& bene. Dic ergo, ꝙ ibi loqtur in obłone generis,non alternatiua, & tex.expone, ut ibi no Op. sm Dy. errās nō trāsfert dn̄ium,l.cum in corpus de acq.re.do.& l.dedi § subtilius.ś.de condi.ob.cau. Dyn.dicit,hic ᵃest error in cā, q̄ non impedit translationem dn̄ij,ut in toto ti.de cōdi.inde. Sed ꝯ quia imo hic errauit in dominio. Si. n. puto Stichum tuū tibi legatū, credo esse tuum,& sic trado vt tuum, vnde nō trāsfertur dominium.d.l.cum in corpus,& d.§.subtilius.Dy.nō sol. Dic,† ꝙ nunc error in dn̄io impedit trāslationem dn̄ij, cum dn̄ium transfertur ex voluntate tradentis. Sed hic dn̄ium transfertur ex legis dispositione.eo ipso,ꝙ elegit istum dari. Op.si cer pe.ᵇ l.si ego vbi error in causa impedit translationem dn̄ij. Dy.non so. Dic eodem modo,ꝙ hic nō transfertur ex uoluntate tradētis, sed ex dispositione legis. Sed cꝯ fortiter facit.quia in legato alternatiuo nō trāsfertur dn̄ium,nisi tempore electionis, l.statuliberū. §. Stichum. ś.eo.sed hic non fuit electio. Error.n.uel ignorantia circa res,quę debēt eligi,impedit electionem,ut no.in l.serui electione.ś.tit.1. Rn̄d.illud uerum,† qn̄ relinquitur optio rerū simpłr, hic qn̄ plures res relinquūtur alternatiue,quo casu q̄libet ab initio est in obł one,ideo error electionem nō impedit:quod est no. Vltimo no. ꝙ hic iō nō potest fieri reuocatio erroris, quia in primo casu facta est executio a lege. Statim enim cum legatarius petit, trāslatum est dn̄ium in eum,l.apud Aufidium,de opt.le. In secundo casu facta est executio ab homine,ᶜ qa soluit. Et per istam legē Dy. in l.si seruum.§.sequitur.ȷ̄.de uerb.obl.dicit,† ꝙ post factam executionem siue a iure,siue ab homine, non est locus purgationi moræ. Pro hoc allego.l.qui ob rē ś.de condi. ind. & dixi plene in l.si insulam.in 4.q de verb.obl.

ADDITIONES.

a Dicit,hic. Vide de isto tex. Bal.in c.fi.in j.col.de fer.
b Op.si cer.pe. Adde hunc sing.casum ad ea,quæ no.sup.de offi.proc.Cæ.l. j.
c Ab homine. Vt l.apud Aufidium,de opt.leg. Et ad Bar.hic adde Fran. de Arc.in c.si diligenti.de fo.compe.
* Tiraq.l.si vnquam in uerbo reuertatur.nu.308.309.310. I. M.

LEX XX.

ᵃ Et Proculo. ᵃ In legato proprietatis coniunctio legalis non inducit ius accrescendi. h. d. Opp. de vsufru.accre.l.i.§.1. Quidam dicunt, hic de rigore, ibi de æqtate. Tn.dic.sm gl.ibi,ut vsufr.qui facilius accrescit,hic ī proprietate. Sed ꝯ,vbi nulla est coniunctio,ēt in vsufructu,non est locus iuri accrescendi.l.j.in prin.de vsufr.accre. Sol.hic nulla est coniunctio hominis,sed est ꝯiunctio legalis,qn̄ ex psona vnius deuenitur ad plures.l.j.§ 2.de vsuf.accr. quæ coniunctio sufficit in vsufructu, nō in proprietate, vt hic Opp. & etiam in proprietate sufficit,l.si seruus communis ab extero,de acq.hære. Sol. ibi in hæreditate,hic in legato. Ratio notatur in lege contraria. Opp. de l.si duobus.ȷ̄.e.Sol. vt ibi. Op. de l.filius.§.i.ȷ̄ de fals. Sol,vt ibi:nam ibi est casus conuersus,quia ibi loquitur de duobus seruis vnius dn̄i, & sic est coniunctio verbalis.

ADDITIO.

a Et proculo. Vide Bal.in l.j.§.vbi autem.de cad.tol.
* Gibertus Regin.lib.2.inter j.tom.cap.16. I. M.

LEX XXI.

Cum quidam vxori. Falsa demonstratio quantitatis expressa legatū non vitiat.h.d.

LEX XXII.

1 *Aestimatio rei simpliciter legata peti potest.*
2 *Legatarius q̄no probet,quod testator habuit animum duplicandi legatum.*
3 *Legata quantitate in genere qualibet quantitas.qua soluatur,præsumitur causam legati.*
4 *Filia,cui pater legauit ducēta pro ea maritāda, & postea eam maritauit, & dedit ei centum nomine dotis residuum petere potest.*

ᵃ Lucius. ᵃ Legato facto a testatore,postea soluto,legatario actio denegatur,nisi per eum de testatoris mente doceatur,idem de parte soluta h.d. Opp.ꝙ ᵇ legatum non debeatur de fructibus medio tpe perceptis.l.cum pater.§ filia.ȷ̄.eo.Sol. hoc ideo,quia dixit cum suis commodis,vt gl. dt. Secundo op.ꝙ eo ipso ꝙ testōr vendidit militiam,sit fundata intētio hæredis, ꝙ legatum sit reuocatum,l.fideicom.§.si rem.ȷ̄.ti.j. Sed dicit gl.no. ibi loquitur,qn̄ legauit rem simpliciter, hic qn̄ legauit rē,vel æstimationem. vide gl.quæ incipit,pretij,quam no. Tertio op.dr̄ hic ī fi.reliq superesse exactionem. Contra,imo non pōt peti pretium, sed res,vt Insti.eo.§.si rem,dicit gl.in d.ver.reliqui. ᵈ † illud fateor si res erat simpłr legata,& esset ex necessitate alienata, res ipsa peteretur,sed quia hic fuit dictum, siue æstimationem, ideo petitur æstimatio. Ego teneo etiam,quod qn̄ res est legata simpłr, potest peti æstimatio. Dixi ī l.plane.§.ꝙ si rem emissem. ś. titu. 1. † Quæro,quomodo poterit probare legatarius,ꝙ testōr habuit animum duplicandi legatum? Gl.hic dt, si testōr pretium exegit & ipsum in suos vsus ꝯuertit,& aliam pecuniam legatario soluerit, tunc vr̄ duplicare legatum: secus si illud idem pretium soluisset,vt hic in gl.q̄ icipit,p̄sumitur,q̄ vide. Cōtra hoc vr̄ ś.ti.1.l.hmōi. §. cum pr̄ pro filia,vbi omnis solutio in dubio vr̄ facta, vt exuueret legatum.

3 Rn̄ ibi soluitur,† qn̄ legatur quantitas in genere,tunc solutio quātitatis cuiuslibet p̄sumitur facta ob illā causam legati:hic vero fuit legata species,vel quantitas respectu speciei, vn̄ nisi soluatur quantitas inde redacta non vr̄ satisfactum legato. Et volo, ut ista multum notes pro illis,qui faciunt relicta ad pias causas,quæ soluunt in vita sua ᵉ Dy quærit hic † de qōne,pr̄ legauit filiæ ducenta pro ea maritanda,postea eam maritauit, & dedit ei cētum,nomine dotis,vtrum filia ᶠ possit petere residuum: hic in fi.vr̄ tex.ꝙ sic. Contrarium dicit Dy nam hic loquit̄, qn̄ legatum fuit simplex,sed in q.ꝓposita legatum fuit ob causam.s.ob eam maritandam,quæ causa cum sit finita,quia est maritata,ergo est finitum legatum,l.libertis.in prin.la 2.de ali.& cib.le. & ꝙ no. in l.quinquaginta.ś.de prob. nō dicit plus Dy. Sed ꝙ filia possit petere residuū facit optime ś.eo.l. Titia §.qui inuita. Sed pt̄ responderi, ꝙ ibi pater primo dotauit,postea legauit,& iō cum ꝑ dotationem sit ius quæsitum,nō pōt pater filiæ ius diminuere legādo,sed hic primo legauit ꝙ pōt postea dotādo ᵍ minuere. Sed Old.dicit,ꝙ filia pōt petere residuum,qa qn̄ legatum est factum taxata certa quantitate,nunq̄ minuitur per adiectionem causę, l.creditor. §. si inter.ś. mād.& l. Lucius,de ali.& cib.leg.& ita hic cum sit legata quantitas certa, non debet ꝑp hoc minui, qa adiecit pro ea maritanda. Nō ob.l libertis.quia ibi in scd̄o legato ꝯtinetur plus, q̄ in primo Et hoc puto bn̄ dictum,qn̄ testōr dixit ꝑ ea maritanda, qa ea maritata est finita cā Sed si testator dixit,lego ꝑ dote filiæ,seu nomine dotis,tunc non est dubium,quia ea materia cā legati non est finita,cum constante matrimonio possit dos augeri. l. pe. & auth. sed iam. C.de do.ante nup. Materiam vero, quando pater filiam dotat,& eam dotem ei legat dixi in d.l. huiusmodi.§. cum pater. sup.ti. 1.quod no.dixi in l filia legatorum.C.eo.tit.

ADDITIONES.

a Lucius. Ad istum tex.an quando testator rem,quam legauit, in uita tradidit legatario,videatur sibi donare causa mortis.uel causa satisfaciendi legato, vide Bal. in l.2.C.de in.dot.
b Barb. Op.quod. Et uide quæ dixi in c.filius, de test.
c Secundo op. Vide gl.in l.qui post. C. de lega.
d Reliqui. Scripsi consi. 115.nu 64. I. M.
e Alex.in vita sua. Vide tn̄ Bar.in d.§.cum pater.qui vr̄ tenere contrarium,ꝑ l.quinquaginta.de ꝓb.& vide no.ꝑ Imo.in d.§.cum pater.in fi.& ibi late tenet cū Bar. hic,faciunt no.ꝑ Bar.in l.triticum,de uerb.obl.sed quid si testator legat fundum ꝑ dote,aut centum,& vicinus dedit in dotem,an remaneat legatum in centum, Bal.quod sic per illum tex.in l.huiusmodi.§.si Titio Stichus,ś.ti.j.quod limita,vt ibi per Imo.& tex.in l.cum pater.§.pater centum,eo.tit.
f Alex. Vtrum filia. Si pater legat ducenta filiæ, & postea dat centum in dotem, an aget ad residuum. Vide Saly.in l.filiæ legatum. C. de leg.contra Bar. Bal.idem tenentem, adde Pau.de Cast.hic sequi opin. Dy. & Bal. consi.457.2.li. Adde tu,q̄d opi.Old.& Bar.hic sequitur Ale.de Imo.in consi.7.in 2.vol.
g Dotan.io.Par.l.consi.6. nu.33.lib.2.& consi.seq.nu. 28. Dec.cons. 81.nu.6. I. M.

LEX XXIII.

1 *In alternatiuis elect.o est legatarij in dubio.*
2 *Electio in contractibus alternatiuis cuius sit.*
3 *Electio in pœnis alternatiuis,quando sit rei,& quando iudicis.*

Lucio. In alternatiuis in dubio electio est legatarij. h. d. In tex.ibi,tm̄ fundus,& sic vel totum debet agnoscere,vel totum repudiare.l.neminem. ś. eo. No. ꝙ in alternatiuis † electio est legatarij,ᵃ & sic creditoris. Oppo de l. plerumq; in fi. ś.de iu.do. Sol.dn̄t quidam,ꝙ ibi in ꝯtibus. hic in vltimis volūtatibus,sed hoc non vr̄ procedere.l.plane. 1.§.pe.ś.tit. 1. Vnde glo. distinguit,aut uerba executiua referuntur ad legatarium, & sine dubio electio est legatarij,aut referuntur ad hæredem,& est electio hæredis,aut sunt verba dubia.& in dubio ᵇ electio est legatarij.ut hic. Idem tenet Dy.in c.in alternatiuis extra de regu.iur.lib. 6.& Cyn.in l.cum quidam. C.de uerb.sign.quod no.secus in ꝯtractib ita dicit glo.in lege ꝯria. Hoc,† qd̄ dicit, secus, intellige. ī in causa dubij,in quo in ꝯtibus alternatiuis electio est debentis,sed in duob.casibus primis,ᶜ idem distinguitur in contractibus, & ultimis voluntatibus.s.ad quem uerba executiua referantur,ut probatur in l.si sic stipulatus fuero,de uerb.ob.& l. si quis stipulatus. e.ti. Et † ex ᵈ p̄dictis colligi potest sol.glossarum,q̄ vr̄ inuicem ibi ꝯdicere,nam C.de ser. fugitiu. gl.dicit, ꝙ in pœnis alternatiuis est electio iudicis,in l.quicunque.e. ti.dicit.ꝙ est electō rei. Ibi sm̄ Cyn.illas contrarietates non soluit,sed quælibet glo.verum dicit: nam in prima glo.uerba executiua referuntur ad iudicem, in secunda glo.referuntur ad partem.de quo dixi plene in l.1.§. 1.ȷ̄.de effractoribus.

ADDITIONES.

a Ale.est legatarij, An in alternatiuis electio sit legatarij,& quid in gratijs, & beneficijs,& quid in alijs,vide Bal.& Imo,in l.qui duos,sup.tit.j.& quod ibi no.dixit,Bar. & no.mod. tost.de act.§.huic autem,in prin. & quod no. in l.cum proponas ab ea.C.de transa.& Imo.in l.cum res,§.si Stichus.supra ti. 1. adde tu in alternatiuis,cuius sit electio. Fel.in cap.inter cætera,de rescr. An quando in alternatiuis electio sit debitoris, hæredis, vel legatarij, vel iudicis, vide Bald.consil.45.
b Ale. Et in dubio. Sed contra hoc fortiter ob.tex.in l.qui cōcubinam.§.j.ȷ̄.ti.j.sed potes soluere,vt per Imo.in l.plane.§.pe.s.tit.j.& alleg.Bar.in l.legato generaliter,supra tit.j.
c Ale. Idem distinguitur. Adde Bar.& doct.in l.qui duos,præall sup.tit.j.
d Et ex. Calcat.consil.8.nu.24.scripsi consi.134.nu.94. I. M.

LEX XXIIII.

1 Electio personæ licet sit cõmissa in voluntatẽ alterius, tamen relictũ valet.
2 Eligendi habens liberam voluntatem potest indignum eligere, dum tamen dolus malus absit.
3 Electio pauperũ commissa priori fratrum prædicatorum, prior põt eligere fratres suos, si ẽt sit cõmissa p verba importantia arbitriũ boni viri.
4 Eligens indignum statim priuatur iure eligendi.
5 Dignus quilibet præsumitur, qui non probatur indignus.
6 Electio facta de digno non reprobatur, licet dignior reperiatur.
7 Eligere statim, cum quis negligit ius petendi, trãsfertur ad oẽs legatarios.
8 Ius eligendi circa res durat anno, circa personas debet statim eligere.
9 Constõne episcopi stante, q executore non eligente intra annum, epũs exequatur, si sit legatum pauperib. quos Titius elegerit, anno elapso poterit ipse, & non episcopus eligere, non obstante constitutione.
10 Habens eligere personas, si fuit in mora, potest moram purgare, donec legatum petatur.
11 Executor dicitur qui habet nudum ministerium facti.
12 Tempus modicum quod dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.

Cum quidam ita. Primo ponuntur quatuor dicta Marcelli. Scdo reprehẽsio Scęuolæ circa vltimũ dictum. Tertio reprehensio Vlpiani circa idẽ. Quarto limitatio circa prædicta. Scda ibi, Scæuola. Tertia ibi, videntur enim. Quarta ibi, nisi forte, & h.d. si electio psonæ committitur in liberam voluntatem hæredis, potest eligere indignum: secus si in arbitrium: & si eligere differatur, oẽs vocantur, & ad hæredes transmittunt, nisi ipsi in pciẽdo negligentes fuerint. h.d. Ex
1 primo dicto, in quo ponitur thema, no. † q valet relictum, a licet
a electio personarum committatur in voluntatem alterius. Non. n. substantia relicti committitur, quia tunc esset legatum captatorium, l. captatoriæ. ṡ. tit. j. secus si committatur electio personarũ, quod valet, vt hic, & l. vtrum. §. cum quidam. inf. de reb. dub. Ex
2 scdo dicto legis, † vbi ponitur primum dictum Marcelli, no. q qñ
b b committit in liberã volũtatẽ alterius, põt eligere indignum: qđ
3 intellige, dũ tñ malus dolus absit. l. creditor. §. Lucius. ṡ. man. † Et
c istud inducit Dy. ad qõnem, c si est cõmissa electio pauperũ Priori fratrũ prædicatorum, an possit eligere fratres suos. Et dt q sic,
d qñ committitẽ per verbum, volet: d secus si committatur ei p verbum, qđ importat arbitrium boni viri: quia tũc dẽt eligere vt bonus vir. s. illos pauperes, qui ponuntur in l. si quis ad declinandam, & l. nulli. C. de epis. & cle. Et hoc vltimũ nõ placet. Nam qñ committitur per verba, q̃ sapiũt arbitriũ boni viri, sufficit, q non eligat indignum, nec reprobatur electio, si poterat eligere digniorem, vt statim dicam. Cõuẽtus ergo fratrũ nõ est indignus, ergo valet
e electio. Venio ad tm dictũ Marcelli, ex quo no. e q ille, † q elegit
4 indignum, statim priuatur electione, seu iure eligendi, nec expectatur alia mora: q patet, q̃a dicit text. cũ glo. q cũ indignũ eligit, statim oẽs alij vocãtur. qđ vide, & no. in glo. super ver. qui non offenderint, q in electionib. q̃ fiũt ab istis religiosis, est determinatũ p Decreta. An ãt hoc procederet in electionib. laicorum, qui eligunt sibi Ptãres, vel rectores, vel alios officiales, non dico mõ, di-
5 cam alibi. † Secundo no. q quilibet est dignus, qui nõ probatur idignus, vt in tex. qui dixit, eos qui non offenderunt, petere posse. Fa-
6 cit j. de mã. test. l. seruos. † Quærit gl. quid si sunt aliqui plus digni, q̃ alij. Rñ. gl. nõ est vis l. cũ pater. §. rogo. j. e. Ex hoc not. diligẽter, q licet committatur electio in aliquem tanq̃ in bonũ virũ, ñ reprobatur eius electio, licet potuerit meliorẽ eligere. Sufficit. n. q indi
f gnum ñ eligat. Ex hoc apparet, q male dixit Dy. f in q. q̃ recitaui ṡ.
7 in præcedenti ver. Venio ad ver. idem ait. No. hic † q statim cum negligit eligere, ius petendi transferatur ad oẽs: qđ declaratur in ver. vl. n. & ṡ. e. l. si quis Titio. in fi. Scdo no. q istud vr̃ p̃senti die datum. Ad hoc op. inf. ea. l. in fi. cum gl. ibi posita. vbi dt, q anteq̃ eligat, dr̃ legatum cõdõnale. Sed illud est verũ intra illud modicum tp̃s, quod dar̃ hr̃di ad eligendũ, intra qđ est cõdõnale: hic vero postquã hr̃s fuit in mora, & istud modicũ tp̃s p̃terijt, ab ista hora vr̃ p̃senti die datum. declarabo in cõrio. Venio ad versic. plane, in quo ñ est necesse, q dicam aliquid, quia Iurisconsultus ipse examinat illud repræhendendo, & limitando. Venio ad vers. Scæuola, & op. si defuncti petere noluerunt, non transmittũ ad hr̃des, l. j. C. đ his, qui ante apert. tab. Huius timore dicit gl. in vers. noluerunt. non tñ expresse repudiauerunt, sed simpliciter nihil dixerunt: alias obstaret cõrium. Quæro, quid vult dicere tex. ibi, vtiq; si vno petẽte, &c. Glo. dt, q notare debemus ex isto tex. ordinem, q primum oportet, q hæres sit in mora eligendi personam, & ex tunc transfertur ius petendi in legatarios: tñ hr̃s põt purgare moram, quousq; petatur ab vno. & petitione facta priuatur hr̃s iure purgandi moram, & hoc vult dicere ille tex. sm gl. Contra istud opp. ius eligẽdi du-
8 rat anno, l. fi. §. sed & si qs. C. cõ. de leg. Sol. † qñ electio cõsistit cir-
g ca res, procedit cõrium, sed qñ consistit circa psonas, g tunc dẽt eligere statim, vt hac leg. qđ est no. dixi in l. j. ṡ. e. Rõ p̃ resse, q̃a est periculum, si differat eligere, q̃m moriendo ad hr̃dẽ non transmitte-
h ret, vt hac lege in fine. l. ẽsop. h ad idem si hæres est in mora, lex facit executionem incontinenti, quia omnibus competit petitio, ergo hr̃s non põt purgare moram. l. si is, cui ṡ. e. Rñ. lex nõ facit executionem, q transeat dñium rei legatæ in istos libertos, sed solum
9 actio personalis ad petendum, vt inf. dicam. Et per prædicta dixi
i i iam in q. de facto † Constitutione episcopi cauet, q executores vltimarum voluntatum debeant exequi intra annum, alias execu
K no ad episcopum transferatur. k modo testator reliquit mille illis pauperib. quos talis elegerit, ille non elegit intra annum, sed post, ipse epũs volebat eligere, dicens ad eum esse ius eligendi deuolutum per constitutionem, dixi q ille poterat eligere, nõ epũs. Nam
10 de iure † cõi qui babet ius eligendi circa personas, põt eligere, &
l si fuit in mora potest eam purgare, l donec petatur legatum, vt hic, & intelligo peti per litis cont. l. amplius. j. rem rat. ha. de iure ergo communi ille, cui fuit commissa electio, non excluditur. Itẽ nec ex forma constitutionis excluditur, quia constitutio dicit, q
m executores debeant exequi intra annum, sed iste nõ est executor, vt ostendam, ergo, &c. quod probo, inter eum, qui declarat, & inter executorem, longa est differentia, quod patet, quia iudex dr̃ il-
11 le, qui declarat, & s̃niat: Executor † vero dr̃ ille, qui habet nudũ
n ministerium n facti. l. executorem. C. de execu. rei iu. Iste ergo nõ dr̃ executor, non. n. ipse habet soluere de facto. officium ergo exequendi transfertur ad episcopum per constitutionem illam, non
12 ius eligendi. Venio ad versi. vl. n. † quæro, quod sit illud modicũ tempus? Glo. dicit, q est arbitrio iudicis. quia non potest exprimi, l. j. §. item si ita. inf ad le. Fal. Deinde subdit gl. hoc autem contingit, cum est in mora eligendi, vel eligit indignum, quod not. sicut sup. dixi, quando eligit indignum sine aliquo interuallo, iure eligẽdi priuatur. Venio ad versic. nisi forte, h. d. q intra illud modicum tempus, quod datur ad eligendum, tale legatum est conditionale. Contra Inst. e. §. optionis. & C. com. de leg. l. fi. in princ. & §. sed & si quis. Sol. illud loquitur, quando electio consistit circa res, hic quando circa personas, quod no.

ADDITIONES.

a Ale. Valet relictum. Relictum valet, qñ electio cõmittiẽ in alterius voluntatem, & adde, quòd etiam in cõtractibus talis electio personarum potest committi in voluntatem tertij, ita per istum tex. firmat Bal. in l. in vendentis. C. de cont. emp. adde Ang. consi. 201. & Bal. consi. 169. lib. 3.

* Paris. consi. 23. col. 1. 2. lib. 3. Ruy. consi. 76. nu. 1. 2. lib. 3. I. M.

b Not. q quando. Adde, q idem ẽt vr̃ dicẽm in arbitratore, cui facta est cõmissio in liberã eius voluntatẽ, vt ab eius dicto non reclametur ad arbitriũ boni viri, licet partẽ læserit, dummõ dolus absit, vt hic qđ no. sin. p liberado arbitro, Bened. de Barzis. & in hac materia limita aliter, vt hic p Bal. adde Bal. in l. filiusf. de don.

c Ale. Dy. ad qõnẽ. An cõmissa electione pauperũ priori fratrũ p̃dicatorum, possit prior eligere f̃res suos, adde no. p Bar. in l. vnũ ex familia. §. si duos. inf. e. an possit eligere pauper extraneos, an ciues, vide Bar. in l. fi. C. de anno. lib. 11. & Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliq. in vl. char. & vide Bar. in auth. quibuscunq., & qđ ibi dixi. C. de sacros. ecc. & vtrũ possit eligere filiũ, no. Bar. in rep. l. j. C. de sac. ecc. Iac. de Are. Bal. in d. l. ad, qđ pauperib. C. de epi. & cle. & ibi an possit eligere spurium testõris, adde Io. And. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. quem sequitur Pet. de Anch. in cle. j. de test. Et an possit oia distribuere in vnum, vide Bal. in rep. d. l. j. & in d. l. ad quod pauperibus, vide, an possit eligere non idoneũ, & inimicũ, vel odiosum testõri, cogita. sed ad hoc vide l. illud. & qđ ibi not. qđ cuiusq; vniuersi. & adde, qđ ẽt Bal. in d. l. id qđ pauperib. vr̃ velle, quod electio, & executio iniuste facta possit per eum reuocari, ergo non est priuatus officio. Adde Petr. de Anch. cons. 83. vbi an Abbatissa, q̃ cum certis alijs fuerit relicta executrix, poterit in suas montales distribuere, & an quis possit in propinquos suos, vel testatoris distribuere, per eundem cons. 433. Et an possit eligi spurius testatoris pro paupere, per Bal. consi. 75. 3. lib. & 416. 2. lib.

d Ale. Verbum, volet. Adde Pau. de Ca. in cons. 80. inc. do. Azalina in suo testamẽto sororem, &c.

e Ale. Ex quo no. Dic, vt in l. 2. §. j. infra de ope. lib. & aliqualiter etiam in l. quidam. de reb. dub.

f Ale. Male dixit Dy. Adde, quod si executores male eligant pauperes, recurritur ad iudicem, secundum Bald. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. Et vide Imo. in l. captatoriæ. supra tit. j. & ibi etiam vide ipsum referentem Io. And. in c. 1. de reli. dom. in 6. tenentem, quod habens distribuere inter pauperes, potest distribuere inter religiosos mendicantes pro necessitatibus suis. Et an possit, vel hẽat necesse eligere superiorem, vide quod habetur in l. si quis ad declinandam, & quod ibi Bal. C. de epis. & cle. Adde, quando electio pauperum præsumatur fraudulenta, Pet. de Anch. consi. 44.

g Ale. Circa personas. Bal. dicit hoc procedere qñ debet eligi vna persona de certis: secus si incerta de incertis, ut quia iussit restitui pauperibus Christi, qui eligentur, quia tunc habebit annum, per no. in l. nulli. de epis. & cle. quod etiam no. & vide Bar. in l. cum pater. §. rogo. inf. eo.

h Ale. Item op. Vide Bal. in l. captatorias. in fi. C. de test. mi. & Bald. in l. pen. vbi est tex. C. de fideic. & Bal. in d. §. sed & si quis, in ver. quæro de tali.

i Poma. Et per prædicta dixi. Vide Pa. cons. 113. in 1. uol. & consi. 11. in 2. dub. in 2. vol. & consi. 110. in 3. dub. in eo. vol. Barb. consi. 8. in 3. uol. Ro. consi. 222. Pau. consil. 9. in fi. in 1. uol. Barn. consi. 137. Ant. in c. literas, de sup. ne. prę. Anch. consi. 413. Pan. in c. nos quidem. de test. qui omnes tenent cum Bar.

k Ale. Ad epm transferatur. Quid autem si executor testamenti est effectus monachus, an declarabit monasteriũ, & dic, vt per Bal. in l. si duob. §. j. C. comm. deleg.

l Ale. Purgare. Dicit Ang. in hac q. se de facto obtinuisse, quod si testator dicit, volo talem mi eligere, quod episcopus stante illa constitutione, non poterit elapso anno eligere, quia hoc esset contra mentem testatoris per verbum, tantum, quam l. requirit obseruari ad vnguem, l. nulli. C. de epis. & cle. & idem voluit Bald. in l. id quod pauperibus, eo. ti. quod tene menti. Adde, ut pulchre per Bal. consil. 169. lib. 3. Pet. de Anch. consi. 388. Abb. consi. 110. per Pau. de Castr. in consil. 167. per Rom. plene, consi. 138.

m Ale. Intra annum. Adde, quod si fiat intra annum aliquod præceptum executori per episcopum, & sit contumax in obediendo, poterit episcopus incontinenti ipsum officio priuare, secundum Bar. in l. 3. C. de proc.

n Ale. Nudum ministerium. Facit differentiam inter executorem, & electorem. Adde Bar. in d. l. executor, & in d. l. fi. §. sed si quis. C. com. deleg.

* Paris. cons. 23. nu. 3. lib. 3. I. M.

LEX

L E X XXV.

1 *Vnus ex plurib. legatarijs si petit, quando videatur alijs auferre ius petendi, & alijs praeiudicet.*
2 *Discussio personarum, an aliquis reperiatur, ita fieri debet, quemadmodum discussio bonorum ad hoc, vt cognoscatur, an aliquis sit soluendo.*
3 *Citatio ad domum, vt valeat de iure communi, quod nuncius referat se perquisisse, & non inuenisse consilium.*

Si tamen. Pro huius legis declaratione quero ad q. quam † ponit glo. q̃ incipit. ſ. de superstitibus. An vnus petēs auferat alijs legatarijs ius? Vr, φ sic, l. ex duobus. de duob. re. & l. si Titio, aut Seio. s. eo. in ɔ̄rium vr iste tex. qa oēs vocantur simul. non quilibet insolidum. Gl. hic nō bene declarat. Distingue sic, q ñq; relinquitur plurib. alternatiue, ita φ sunt plures rei credēdi, & tūc ille, qui primo petit, appropriat sibi legatum, in d. l. si Titio & ibi no. s̄ eod. Qñq; relinquit incerto de certis, data alicui electione, & tunc post moram exigentis debent oīb. non in solidum, sed æqualiter, vt hic, & l. cum pr̄ §. rogo. j. e. & l. si qs Titio. § fi. su. e. tunc si vnus petat, & alij negligant, ille, q petit appropriat sibi legatum. Si vero vnus petit, & alij non negligunt, tunc petens alijs legatarijs nō pręiudicat, sed soli hęredi, ut impediat eum de cętero purgare moram, vt hic, ita tenet glo. j. e. l. vnũ ex familia. § si duos in gl. super ver. petent. & hoc tenēt Pe. & Din. Ex hoc patet, φ per moram hēdum non dr̄ facta executio, vt in oēs transeat dñium. Nā si hoc esset, negligēdo petere nō p̄iudicaretur eis, & qa vnus petēdo p̄iudicat alijs negligētib. iō fuit facta ista lex, si tn̄. q̃ ponit practicam, quę est talis. Vnus ex legatarijs venit ad petendū, & petit totũ, cũ nō possit totũ petere, nisi alijs negligentibus, qũo hoc probatur? Respōdet Iuriscōsultus, causa cognita hoc statuēdũ est, faciēdo discussionē de hoc, statuēdo tps, intra quod veniant, & explorādo an sint petituri, qd no. multum. † Sicut. n. fit discussio bonorũ, vt videat, an aliqs sit soluēdo: ita dēt fieri discussio psonarum, an aliqs reperiatur. Facit l. ait p̄tor §. fi. su. ex quib. cau. ma. Et ex † hoc cum de iure cōi dicatur, φ tunc pars dēt citari ad domũ, qñ non reperitur in persona. l. j. §. j. su. de lib. agno. est consiliũ, a φ nũcius dicat in relatione, φ eum pquisiuit diligēter, & qa eum inuenire non potuit, ideo citauit ad domum, vt hic.

ADDITIO.

a Ale. Est consilium. Adde Bar. in l. 4. §. prætor. de dam. inf. & in l. 1. de li. agn. & l. 3. in pen. q. de duob. reis.

LEX XXVI.

Is, cuius. Hæres non potest retinere † vsumfructum in re legata antea sibi debitum, h. d. Concor. j. eo. l. cum filius. §. dominus. & ibi plene videbitis.

LEX XXVII.

Si illud. Legatum alternatiue sub diuersis conditionibus relictum, est vnum respectu vnius solutionis. h. d. Opp. s̄. eod. l. si quis seruum. §. si quis ita. Sol. vt ibi dixi, & in l. si ex toto. §. fi. sup. tit. j.

LEX XXVIII.

1 *Priuilegium personale, non transit ad hæredes.*
2 *Substitutio pupillaris an euanescat, instituto moriente in vita testatoris, remissiue.*

Cum patronus. a Priuilegium † personale nō transit ad hæredē. h. d. Istam materiā Din. tractat in c. priuilegium personale. extra, de reg. iur. lib. 6 Dixi in l. quia tale. su. sol. matr. Vltimo Di. inducit † istam legē ad q. vtrum substitutio pupillaris euanescat instituto moriente in vita testatoris, de qua dixi in l. lex Corn. de vulg. & pup. & facit ad q. quam dicam in l. Titia. §. fi. inf. eod.

ADDITIO.

a Ale. Cum patronus. Per istam legem limitat Ang. hic l. quoniam in prior lib. de inoff. test. quod habet locum, nisi filius repudiet, quia tunc in legitima, quæ transit ad aliũ, poterit imponi onus, secus si non repudiet, qa filius vellet habere, ut hic.

LEX XXIX.

1 *Legata caduca remanent apud hæredem cum onere suo, etiam de iure Digestorum.*

Celsus. Legata † caduca remanent apud hēdē cum onere suo, qd no. Opp. φ hoc ītroductũ sit solũ p Iustinianũ l. j. §. in primo. & §. pro secdo. C. de cad. tol. Dicit gl. Iustinianus hoc inuenit, & nullus alius Imperator. Tn̄ dic, φ legata caduca, vel quasi redibant ad hēdē cũ onere suo, ēt fm̄ ista tpa, vt hic. Facit l. si duob. §. j. & l. cum tarib. §. Lucius. su. tit. j. sed postea facta fuit lex Papia, d̄ qua fit mētio in l. j. §. cũ igitur. C. de ca. tol. q̃ statuit legata illa deuolui ad fiscũ, qd postea Iustinianus reuocauit in d. §. cũ igitur. & §. pro secundo. Op. de l. Titia. de an. leg. Solut. vt ibi, quia ibi legatum incipit valere in persona legatarij, hic non.

1 *Ius accrescendi inductum est per l. 12. tab.*
2 *Hæreditas pro non scripta accrescit cum onere.*
3 *Portio cohæredis accrescit cum onere, quando adiunctio est facta nominib. appellatiuis.*
4 *Portio cohæredis non accrescit cum onere, quando solum nominatur ille, cuius portio deficit.*

Quod alicuius. Portio cohæredis deficiens, accrescit sine onere illi nominatim adiūcto. h. d. cum §. seq. No. ex fi. φ ius † accrescendi inductũ est per l. 12. tab. Opp. φ portio heredũ accrescit cum onere. l. si Titio. §. Iulianus. inf. e. & de his, quæ in test. delen. l. a. glo. dt, φ hic loquitur ī pro non scripto. ɔ̄ria loquunt in caduco, vel quasi. Sed a † certe ēt pro non scriptum in hēditate accrescit cum onere, l. j. §. his ita diffinitis. C. de cad. tol. & s̄. u. j. l. si duob. §. j. Vnde alij soluũt, φ accrescit cum onere, qa ad. iūctio est facta noīb. appellatiuis, vt in ɔ̄rijs: secus si nominib. proprijs, vt hic, & ista est vera. Contra hoc iñ facit s̄. tit. j. l. si duob. §. j. Sol. † ibi legauit nominatim ab omnib. hæredib. hic nominauit solum eum, cuius portio deficit. Ista est vera opinio, licet glo. vacillet. hoc dixi in d. l. si duobus. §. j. dicam in l. quæ cond. de cond. & dem.

ADDITIO.

a Sed. Ias. cons. 196. col. j. in fi. lib. 2.

LEX XXX.

1 *Legatum incertum pro refectione viæ valet, idem pro alimentis, & pro dote.*

definite prolato adiicitur aliquid, quod ei potest contingẽter inesse ex aliquo euentu præter voluntatem disponentis: & sic æqpollet vniuersali, vel non æquipollet, secundum quod casus contingentia dederit. Verbi gratia si dico, homo currit, ex voluntate mea non dependet, an omnis homo currat, vel non. Si vero contingat, quod omnis homo currat, ista indefinita æquipollet vniuersali, quia prædicatur de omnibus. Si contingat, ꝙ quidam homo currit, & quidam homo non currit, tunc non æquipollet, qa non prædicatur de omnibus. Do exẽpla legalia, si dico, serui mei textores, sequitur ne, ꝙ omnes serui mei sint textores? Certe nõ. sed si contingit, quod omnes sint textores, ista æquipollet vniuersali, alias non. l. seruis vrbanis. ff. ti. 1. Si vero contingentia dependet ex voluntate proferentis, vt hæres meus damnas esto dare, si volo, ꝙ intelligatur de omnibus, intelligitur in oĩb. alias non. Vel lego lanam, si volo intelligere, ꝙ sit legata omnis lana. legata erit, alias non. in dubio qualiter intelligatur, dicit Dy. & bñ, aut est eadem ratio omnium contentorũ sub indefinita, aut non, vt ipse dicit de reg. iu. lib. 6 super rub. Pet. dicit latius, aut profertur ista indefinita circa res, aut circa personas. Si circa res, aut ꝑ verba pluralia, aut ꝑ verba singularia. Si singularia, non æquipollent vniuersali, vt si lego fundum Cornelianum, nõ videor legare communem fundum Cornelianum. l. apud Iulia §. Scio. ff. nt. j. Sed certe ista non est indefinita, sed singularis, qa res fuit nominata nomine proprio, ideo hic poni non debuit. Aut ꝑ verba pluralia, vt bona mea, & tunc aut est eadem ratio omnium contentorum sub indefinita, & æquipollet vlĩ. Aut non, & tunc secus l. oblĩone generali. de pig. & l. 1. C. quæ res pig. ob. pos. Ista distinctio inter verba pluralia, & singularia non placet: quia si lego vestem, lanam, vel argentum, vel similia, adhuc indefinita æquipollet vlĩ, l. si cui lana. ff. de leg. 3. & l. 2. ff. de lib. & posthu. Ideo aliter est dicendum. Quandoque oratio indefinita, quæ ponitur, est ita incerta, quod vitiatur dispositio, vt no. in l. legato generaliter. ff. nt. j. tunc in præsenti inuestigatione nõ cadit. Quandoque dispositio remanet valida, & tunc distingue, quando cadit inter res, vt dicit Dyn. de re. iu. libro 6. super rub. Si vero cadit inter ꝑsonas, & tunc aut in casu odioso, & non æquipollet vlĩ., vt ff. de lib. & posth. l. 2. de ren. i pos. mit. l. 1. §. quare & si ita. Aut in casu fauorabili, & æquipollet vlĩ, vt ff. de test. tut. l. si quis ita. §. i. & l. qui filiabus. in prin. ff. nt. j. hic enim est fauor hrẽdis, ꝙ omnes simul teneantur, quia tenebuntur in minus.

7 Sed si quæris, quando † indefinita æquipollet vlĩ, an æquipollet vlĩ collectiuæ, an vniuersali distributiuæ? dic, aut id quod importatur per orationem indefinitam, attribuitur cuilibet ĩsolidũ, & æquipollet orationi vlĩ distributiuæ, arg. sup. tit. 1. l. qui filiab. §. j aut cuilibet pro parte, vt in dictione, hęres, & tunc æquipollet vniuersali collectiuæ, vt hic: quod est verum, si onus adiectum potest inter eos diuidi: secus si adiiceretur res indiuisibilis, l. a. in

a fi. de verb. obl. & l. eadem. §. Cato. eod. tit. Dyn. inducit [a] hoc prīncipium

8 cum glo. in argum. ad quæst. si concedo † duobus fratribus fundũ in feudum, vt pręstent quartenum bouis, & quatuor operas singulis annis: aut dicitur, vt præstent omnes, aut quilibet, aut est dubium, & in dubio tenentur omnes tantum ad vnum quartenũ, & quatuor operas, secundum eum, quod tene menti.

A D D I T I O.

a Dy. inducit. Item allegat Bald. c. j. §. fi. de succe. feu. vbi omnino vide.

1 *Pluribus hæredibus damnatis dare a testatore simpliciter, quando insolidum, & quando pro hæreditariis portionibus teneantur.*

2 *Pluries si vni legatur, an sæpius legetur.*

Si ita. Si vni a diuersis hęredib. quantitas relinquatur, in dubio ab vtroque debebitur tota. h. d. Opp. sup. proxi. Sol. ibi damnatur indefinite, quæ indefinita æquipollet vniuersali, hic

1 singulariter. † Oppo. quando damnatur singulariter, quilibet tenetur insolidum, sed vno soluente alius liberatur, l. ille, aut ille. ff. ti. j. Sed dic aut damnatur vniuersaliter, aut indefinite, aut singulariter. Primo casu, tenetur pro hęreditariis portionibus, l. turpia. §. fi. sup. ti. j. & sup. eo. l. legatorum in prin. Secundo casu idem, vt ff. prox. quod dic, vt ibi. Tertio casu, aut damnatur in eadem oratione verborum, aut in diuersis. Primo casu aut copulatiue, & viriliter tenetur, l. si hæredes nominatim sup. titu j. Aut disiunctiue, & tunc insolidum, sed vnus soluendo alios liberat, l. ille aut ille. ff. ti. 1. & sup. titu. j. si ex toto. §. j. Sed si in diuersis orationibus, tunc q̃libet tenetur insolidum, & vnius solutio non liberat alios, vt hic. & sup. tit. j. l. seruo alieno. §. si quis a primo, secundum Dy. Opp. quãdo eidem legatur sæpius eadem quantitas, non duplicatur legatum. l. plane. §. i. sup titu. j. Sol. dicit glo. ibi fuit legata bis quantitas

a vni ab vno, hic a diuersis Sed ad hoc op. ff. e. tit. a l. Lucius. §. impuberem. Sol. gl. prædicta, hic loquitur, quando quantitas legatur, contrarium quando species, Et ideo pro declaranda ista materia

2 Dy. distinguit † plenissime sic, quando vni legatur sæpius, aut legatur quantitas, aut species. Si quantitas, aut a pluribus hæredib. aut ab vno. Si a pluribus, tunc a quolibet debetur, vt hoc §. & ff. ti. 1. l. seruo alieno. §. si quis a primo. quod intellige secundum distinctionem premissam. Si ab vno, & tunc aut in eadem scriptura, aut in diuersis. Si in eadem, in dubio semel debetur, quia non est verisimile testatorem voluisse duplicare, nisi legatarius probet contrarium, vt sup. tit. 1. l. plane. §. 1. & de adi. leg. l. cum centũ. Si in diuersis scripturis, & tunc aut eiusdem voluntatis, vt quia vnum testm̃ scriptum est in duab. chartis, aut diuersarum voluntatum, vt in testõ, & codicillis. Primo casu vna debetur quãtitas, & si sunt diuersæ debetur minor, vt ff. e. l. Sempronius. Si diuersarum voluntatum, tunc aut se non compatiuntur, vt quia vna derogat alteri: tunc semel tm̃ debetur, vt hic in fi. & sup. ti. j. l. si mihi & tibi. §. in legatis, & l. si ita scriptum. Aut se compatiuntur, et sic aut est relictum simpl̃r, & debetur vtrunque. l. quinquaginta. ff. de prob. Aut ob causam, & tunc per sm̃ vt̃ a primo recessum, l. libertis. 2. in prin. de alim. leg. Secundo casu principali qñ legatur spẽs, tunc aut legatur in eadem voluntate, aut in diuersis. Si in eadẽ, aut ab vno hærede, & semel tm̃ debetur, l. plane. § si eadẽ. ff. titu. j. Si a plurib. tunc aut simpl̃r, aut a quolibet insolidum. Si simpl̃r, semel debeatur, l. si tibi homo. § 1. sup. de le. j. & l. Lucius. §. impuberem. inf. eo. Si a quolibet insolidum, dic idem seruari, quod in testamentis diuersorum. l. quid ergo. §. si quis duos. sup. tit. 1. Si vero legatur in diuersis voluntatibus, & tunc aut eiusdem, aut diuersorum. Si eiusdem, tunc ab vno hærede, aut a pluribus, & idem per omnia, quod sup. quando legatur in eadem uoluntate ꝑ easdem leges, facit ff. eod. l. Męuius. §. cum. Si vero erant diuersæ voluntates diuersorum, tunc aut loco vnius habebantur, vt quia legat defunctus, & eius hęres, & tunc idem, quod si legetur in testamento vnius, l. huiusmodi §. si Sempronius. sup. tit. i. quod uidetur verum, si vtilitatem afferat, vt commodum dilationis, secus si nullum: quia tunc idem, quod in testamentis extraneorum, l. Męui⁹, in prin. inf. e. quod dic, vt ibi. Si vero diuersorum prorsus, tunc aut primo consequitur rem ex testamento vnius, & tollitur petitio ex testamento alterius: sed si prius consequitur æstimationem ex testamento vnius, potest consequi rem ex testamento alterius, vt Inst. de lega. §. si res. & sup. tit. j l. plane. cum ibi no. Ita debet intelligi d. l. plane. §. sed si duorum. & l. si seruus legatus. §. i. sup. tit. j. & ff. eo. l. Męuius. §. duobus. Sed hunc passum in d. §. duobus. plenius examinabo.

A D D I T I O.

a Ale. Opp. inf. eo. tit. Huic distinctioni adde no. per Bal. in l. cum centum. de alim. leg. & in d. l. Meuius. §. eum, qui. ff. eo. & in d. l. si tibi homo. §. 1. sup. tit. j. & Specu. in tit. de testam. §. j. ver. Item pone A. instituit filium.

L E X XLV.

Si ita sit scriptum. Masculinum concipit fœmininum, non econtra. h. d. Oppo. de l. j. §. sed & si incertum. de ven. in pos. mit. Solu. ibi tractatur de odio, ideo masculinum non concipit fœmininum. Opp. de l. sicut. in prin. & § fi. inf. de ope. lib. Sol. ibi apparet ratio diuersitatis. Istã materiam Cy. ponit in l. quicunque. C. de ser. fugit. Ego dicam in l. j. inf. de uerb. sig.

1 *Legatum non repudiatur ante euentum diei, vel conditionis.*

2 *Repudiari non potest illud, pro quo possumus actionem habere, qua tamen potest esse inefficax, ope exceptionis.*

1 Si sub conditione. † Ante euentum diei, vel cõditionis, legatum si potest repudiari, h. d. No. de eo, quod dicit de legato in diem certum, ꝙ ante diem ad nos non pertinet. Ad quod opp. de l. si dies, quando dies leg. ced. & l. 1. §. sed cum igitur. & §. finaũt. de cad. tol. Sol. ante diẽ certũ in cedit dies legati, quoad transmissionẽ. Item quoad actionem personalem, licet obstet exceptio, l. j. qñ dies le. ced. & l. nemo potest. sup. tit. j. non autem quantum ad dñium, quia nõ transit nisi adueniente die. Gl. alleg. ff. eo. l. antepe. §. fi. Textus est inf. de vsufr. leg. l. Sempronius Attalus. vnde cum ante diem ad nõs vere nõ ꝑtinet, merito repudiare nõ possumus.

2 † No. ergo, ꝙ illud, ꝑ quo possumus habere actionem, quę tñ potest esse inefficax ope exceptionis, nõ potest repudiari, sicut illud, pro quo [illegible] habemus de futuro. Alij timentes hoc contrarium dicũt, ꝙ hic fuit certa dies, quoad nominationem, non quo ad euentum, vt dies mortis: ita dicebat Ros. sed ꝯ mentem huius literæ est, tene ergo

a istam. Opp. C. a de pac. l. j. Sol. aliud in repudiatione, vt hic, aliud in pacto, vt ibi. De hoc, sup. de acq. hę. l. is qui. & l. is potest. & l. qui superstitis, & inf. de cura. bo. dan. l. 1.

A D D I T I O.

a Alex. Opp. C. Vide no. per Bal. in d. l. 1. C. de pac.

1 *Aduerbium, vbi, inducit conditionem.*

Si pater. Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptijs, nisi testator ignorauerit præsentes. h. d. Not.

1 † quod per aduerbium, ibi, inducitur cond. Dixi infra, de cond. & de mon. l. i. Oppo. quod propter ꝓctas nuptias de facto non impletur condõ. l. hęc condõ. de cond. & dem. sed nuptiæ factę a filia patre ignorante, sunt nullæ. l. Paulus. de sta. hom. ergo non est impleta condõ. Sol dicit gl. intelligas, quod hic filia erat emancipata.

L E X XLVI.

1 *Debitum in diem non dicitur debitum de præsenti.*

2 *Verbum potest, est extensiuum.*

3 *Clausula codicillaris quomodo concipitur, vt testamentum ualeat pro tempore futuro.*

1 cit.h.d.Op.† relatiuum iunctum verbo futuri temporis, facit conditionem, l. Stichum. ff. tit. 1. Sol. hic in relatiuo quātitatis, ibi in relatiuo substantiæ. Pro hoc l. 2. ff. de hære. insti. & l. Clemēs. in fine. Rationem dixi in in d. l. Stichum. facit ad hoc, ff. de ꝯh. emp. l. hæc venditio. §. pe.

LEX LI.

a **Si ita quis.** [a]Verbum, potest, est extēsiuum: & iō licet sit præsentis temporis porrigitur ad futura. h. d. Opp. ff. e. l. si ita scripsisset. Sol. hoc est propter naturam illius verbi potest, quod est extesiuum. assignat gl. etiam alias rōnes de dictione, potest. Dixi in l. Gallus. in prin. de lib. & posthu. & de iniusto test. l. 1. in prin. Quæro, vsq; ad quantum tempus extendatur significatio huius verbi, potest. Resp Dy. vsque ad tempus mortis, l. si. de opt. leg. Et hoc inducebam in ar. ad q. si dicatur in testamento, si non valet iure testamenti, valeat omni iure, quo valere potest. De quo dixi in l. si ita de au. & arg. leg.

ADDITIONES.

a Ale. si ita quis. Adde quod no. Bar. in l. si ita, hic alleg. & de verbo præsentis temporis, an comprehendat futurum, vide Inn. in c. dilecti. de exc. vide Bald. not. in l. eam quam. C. de fideicom.

* Soc. iun. consi. 116. nu. 11. lib. 1. I. M.

1 *Ciuiliter factum non sufficit ad implementum conditionis.*

2 *Pater instituto filio substituit, si decesserit sine filiis ex se descendētibus, & filius ingreditur monasterium, substitutio euanescit, & sic bona ad monasterium debentur.*

3 *Cōditio, si sine liberis decesserit, fauore monasterij, habetur pro nō scripta.*

4 *Vita contemplatiua, est longe melior, quam actiua.*

1 **Is, cui in tempus.** Ciuiles filij conditionem nō implēt, h. d. vel aliter. Ad† Implemētum conditionis non sufficit ciuiliter factum h. d. Opp. glo. de l. si mater. C. de insti. & subst. Sol. vt dixi in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Dy. inducit istam legem ad quæst. testator.

2 † substituit filio, si decessent sine liberis ex se descendentibus, demum filius rogatus ingreditur monasterium, quæritur, vtrum deficiat illa cōdō, quasi illa verba, ex se, debeant aliud operari, quam in eo casu, quo non fuissent apposita. Dy. dicit esse idem: quia expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur. Sed ista condō de se habebat eundem intellectum: quia appellatio filiorum simpliciter facta intelligitur de ex se natis, vt hic, de condi. & demō. l. fideicommissum. Hanc quæstionem non prosequor hic, sed examinabo eam in quodam cōsilio a istius tenoris, videlicet, Parmēsis quidam filium instituit, & iussit, quod si decederet sine filijs, ex suo corpore natis, deueniat in Ioannem, demum dictus filius institutus ingressus est monasterium, & ibi decessit: quæritur, vtrum dicta bona perueniant in dictum Ioannem, ad an dictum monasterium? In illa quæstione, licet fuerint variæ opin. Doct. & diuersimode scripta determinata reperiantur, ego tamen hoc vltimum arbitror fore verissimum, ꝙ bona prædicta debeant ad dictum monasterium pertinere, & substitutioni prædictæ locus nō sit. Primo n. hoc tenet Dyn. in hoc §. per talem rōnem, appellatio filiorum simpliciter facta intelligitur de ex se natis, vt hoc §. & de cō. l. & dem. l. fideicommissum. sed expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, l. 3. supra de leg. 1. de fideicom. l. non recte. ergo perinde est habendum, ac si non fuisset expressum ex se natis, hoc autem non expresso, non est dubium ad monasterium pertinere, Auth. de san. episco. §. sed & hoc præsenti. C. ad Treb.

3 auth. nisi rogati. Secundo hoc tenet † Ric. Ma. per talem rōnem, illud fideicommissum, sine hæc conditio reprobatur, & pro non adiecta habetur, non ideo quia monasterium habetur loco filij, sed quia est impedimento vitæ contemplatiuæ, nam quis timens ne bona sua cogantur restituere, si decessent sine filijs, impelleretur ad matrimonium cōtrahendum, & remoueretur a voto religionis, & castitatis, ideo Imperator hoc grauamen habuit pro non adiecto; hoc est, quod dicit tex. in d. §. sed & hoc præsenti. ibi dum dicit, tales conditiones inualidas, & pro non scriptis esse. Sed ista conditio sic expressa est multo plus contraria vitæ contemplatiuæ, castitati, & religioni. &c. Ita refert, & tenet Cyn. in d. auth. nisi rogati. Tertio ego probo, quod illud, quod relinquitur causa dotis de necessitate intelligitur pro matrimonio carnali, ff. de iu. do. l. 3. & C. de donante nup. l. fin. Pro introitu vero monasterij non potest dari dos, vt ext. de simo. ca. non satis. & tamen illa condō, sen causa remittitur aliquo ingrediente monasterium, licet non posset dici, ꝙ ciuiliter impleatur. d. §. sed & hoc præsenti. ergo & in casu proposito, licet non possit dici impleta conditio ciuiliter, ꝙ filij dicantur ex se nati, tamen monasterio debēt dicta bona remanere. Idem debet, & potest dici de eo, quod relinquitur causa donationis propter nuptias, vt d. §. sed & hoc præsenti. Quarto inter monasterium, & monachum, non dicitur contrahi matrimonium spirituale, cum solus Abbas dicatur sponsus, vt plene no. de elect. cap. quia propter. per Bald. & Innocen. sed si fideicommissum relinquatur sub conditione, si nuptias non contraxerit, & ille grauatus monasterium ingrediatur, non tenebitur ad fideicom. d. §. sed & hoc præsenti. Apparet ergo, ꝙ hæc non est ratio, quia vr̄ defecisse conditio fideicommissi, sed ideo quia talis conditio, & tale grauamen pro non adiecto, & pro non scripto habetur, quia vitæ contemplatiuæ contrariaretur: sed in casu proposito est huiusmodi, ergo. &c. Quinto ego video, quod si aliquid relinquitur mulieri, & ipsa grauatur fideicommisso, si nupserit. quod talē fideicommissum præstare non tenetur, etiam si nupserit, l. quoties. de condit. & demonstr. Est ratio, quia per hoc nuptiæ impedirentur, quia timore illius grauaminis non nuberet, l. hæres meus.

b §. fin. de condit. & demonstratio. multo magis [b] non valet istud fideicommissum, quando est impeditiuum vitæ † contemplatiuæ,

4 quæ longe melior est, quam actiua, in Authen. de mon. in prin. & ibi no. col. 1.

ADDITIONES.

a Io. Fr. Rue. in quodam consilio. Adde qđ est primum consilium Bar. in ordine. Inc. Parmensis quidam. cui adde Cal. consi. 44 in ti. de test. & Ang. in cons. 80. & cōs. 235. & And. Barba. consi. 14. & in d. consi habetur, quid in contractu, & quid in sententia.

b Alex. Multo magis. Contra istam determinationem dixit expresse Iacob. de Bel. in d. §. sed & hoc præsenti. & ibi etiam Angel. Bald. in l. Deo nobis. de episc. & cler.

LEX LII.

1 *Legatarius, vt legatum consequatur, debet esse capax tempore mortis.*

2 *Qualitas, quæ reddit personam inhabilem, ante omne iudiciū potest discuti.*

Non oportet. Non debet de habilitate personæ disputari separatim ab alia lite, hoc dicit.

1 Quæro, † quo tempore quis debeat esse capax, vt legatum possit cōsequi? Gl. dicit tribus temporibus: quod est verum in hæreditatibus: in legatis vero, quando est inhabilitas in persona, quam testator tollere nō potest, sufficit, ꝙ reperiatur capax tempore mortis, l. non intelligitur, §. quando autem de iure fisc. & de donat. cau. mor. l. in mortis. Ita dicit Dyn. & bene Extra gl. op. ꝙ de habilitate personæ possit per se separatim ab omni alia causa quæri, l. de ætate. sup. de mino. & de feriis. l. 2. ibi, vt ætates probentur. & l. cum te minorem. C. de probat. Solu. ibi quæritur de ætate, quæ est talis

2 † qualitas, quæ reddit personam inhabilem ad iudicium exercēdum: vnde bene potest de hoc quæri ante omne iudicium, hoc est talis qualitas, quæ tangit merita causæ: licet n. esset non capax, non propter hoc erat inhabilis ad iudiciū exercendum, sed deficit iustitia sua.

LEX LIII.

1 *Actio personalis hæreditaria datur contra unum ex hæredibus insolidum, etiam ad quantitatem fauore dotis: quod est singulare.*

Cum ab vno. Si legatum ab vno hærede relictū animo compēsandi cum debito, deficiat, ille hæres illius debiti onus sustinet, & debitum, quod quis insolidum sustinet, in totum computatur in imponenda ratione Falcidiæ. h. d. & est singularis lex ista, quam no. & no. diligenter, quod

1 in summario dixi. No. hic casum, † ꝙ actio personalis hæreditaria datur contra vnum ex hæredibus insolidum, etiam ad quantitatem, quod est singulare. Opp. ff. tit. 1. l. seruo legato. §. si testator. & ff. tit. 1. l. nomen. §. vni. & fam. ercis. l. si filia. versi. plane. & C. de pac.

a l. pacto successionum. Sol. gl. tribus mo. Primo, ꝙ speciale a sit fauore dotis, ne mulier habeat necesse agere cum pluribus personis, & ista est vera, quam tenent Dy. & Cy. in l. pro hæreditarijs. C. de here. ac. Secunda sol. est, ꝙ in eum datur actio non directo, sed p obliquum: quia si omnes heredes conuenirentur actione de dote, iste conueniretur ab alijs actione ex testamēto. Contra hoc facit tex. qui dicit eum dotis actione teneri. Sed respon. idest actione ex testamento nomine dotis. Hanc tenet Guil. in l. auus. ff. de pac. quod est contra hunc tex. in fi. qui non potest glossari, cum dotem totā soluat vt æs alienum, non ut legatum, tene ergo primam. Tertia sol. redit in idem cum ista, & eodem morbo laborat. Opp. ad fi. ff. de hǣ. insti. l. ex facto. & ad leg. Falc. l. Nesennius. Sol. respectu mulieris est æs alienum, & ideo quo ad cæteros legatarios, ut æs alienum habetur in computatione Falcidiæ, quo ad hæredes vt legatum habetur.

ADDITIONES.

a Ale. Primo, quod speciale. Et hoc expresse fauore dotis, tenuit etiam Bar. in l. debitorem. C. de pac. & no. per Imo. in l. seruo legato. §. si testator. sup. tit. 1. sed Bald. in d. l. pro hæreditarijs. ver. 4. aliter dicit. de intellectu huius l. no. per Bar. & Do. in l. continuus. §. fi. de ver. ob. ad fi.

* Mod. Paris. tract. de indiuid. par. 2. nu. 227. I. M.

LEX LIIII.

Si cui fundus. Valet legatum rei vendendæ pro iusta æstimatione, h. d.

LEX LV.

1 *Verbum, video, potest referri ad omnem sensum.*

Si mihi, & Titio. Habuistis sup. ti. 1. l. si mihi & tibi. in prin. dic, vt ibi no. In tex. ibi, placere video. hoc ad intellectum mentis, non ad sensum corporis refertur. & s̄m Iaco. de Are. simile in omnibus legibus, quæ incipiunt, videamus. l. videamus, ff. de in li. iur. & l. item apud Labeonem §. si seruo quis sic. de iniu. & l. videamus. de vsur. & similes

1 s̄m Iacob. de Are. facit quod istud dicere, † video, possit referri ad omnem sensum, per quem repræsentatur aliquid intellectui, s̄m Iac. de Are. & Doc. facit l. testium. ff. de testi. facit. l. 1. §. idē Labeo. de aq. plu. arc.

1 *Hereditas repreſentat perſonam defuncti, non hæredis.*
2 *Seruus hæreditarius hæreditate iacente repreſentat perſonam defuncti, non hæredis.*

1 **§. Si eo hærede.** Hr̄ditas repræſentat† perſonam defuncti, non hr̄dis, h. d. Op. de l. vſuſfr. ̅j. de ſtip. ſer. Solu. Aliud de vſufructu, qui requirit factum pſonæ rtentis, aliud in hr̄ditate, ſeu proprietate, vt ibi patet. Oppo. de l. hr̄ditas in multis. de acq. re. do. Sol. aliud ĩ hr̄ditate relicta ſeruo q̄ in legato. q̄a in ea q̄renda requirit dn̄i iuſſus, ſed hr̄ditas iacens non p̄ot iubere, d. l. hr̄ditas in multis de acq. re. do. Op. ̅j. e. l. debitor. §. ſeruo. Sol. vt ibi Op. de l. nouat. de noua. vbi ſeruus rep̄ſentat pſonam hr̄dis. Sol.† iacēte hr̄ditate perſonam defuncti repræſentat. vt hic, & l. mortuo. de fideiuſſ. & ea adita retro fingitur rep̄ſentaſſe pſonam hr̄dis. l. hr̄des q̄nq;. de acq. her. & l. ſi ex re. in fi. de ſtip. ſer. & l. omnis hr̄ditas, & l. omnia fere. ̅j. de re. iu. quę fictio nō habet locum, niſi pro ea parte, pro qua quis poteſt ſuccedere, vt hic patet. Op. ſi inſtituitur ille, qui pro parte eſt capax, ſequitur q̄ quis decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ɔ̄ ea, quæ habentur in l. ius noſtrum. de reg. iu. dic, vt no. in d. l. ius noſtrum, & C. de ſecun. nup. l. 1. quod no. bene.

LEX LVI.

1 *Relictum ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem, quando habet dignitatem per ſe, ſecus ſi in conſequentiam alterius.*
2 *Dignitas, quam quis habet per ſe, eſt fortior, quam illa, quam quis habet per alium.*
3 *Relictum vicario non tranſit ad ſucceſſorē, ſecus ſi rlinquitur epiſcopo.*

1 **Quod principi.** [a] Relictum ſub† noīe dignitatis trāſit ad ſucceſſorē in dignitate, ſi dignitatem quis h̄et per ſe, ſecus ſi per conſequentiam alterius. h. d. Opp. ſi legatarius decedit, antequā cedat dies legati, non trāſmittit legatū. C. de cad. toll. §. in nouiſſimo. Gl. dicit, q̄ aliter cedebat dies olim, aliter hodie, quod non eſt verum, immo eodem mō, vt l. 1. 2. & 3 ̅j. q̄n di. leg. ced. & ex l. 1. C. de c. toll. colligit̄, & l. Pap. de quibus ibi, quæ fuit quoddam ius mediū, vt dixi in l. Celſus ̅s. eo. tit. Itē dicit gl. q̄ illud eſt ſpeciale in Principe. Certe ſi Principi eſt relictum ſub noīe dignitatis, nulla eſt ſpecialitas. l. annua, §. 1. de annu. leg. ſed ſi eſt relictum ſub nomine proprio, tunc p̄ot procedere glo. Op. ̅j. ti. 1. l. ex imperfecto, & l. cum hæredes. C. q. teſt. fa. pol. Gl. ſoluit, ibi quo ad ſolennitatem, hic quo ad tranſmiſſionē: ſed vt dixi, ēt quo ad trāſmiſſionem iſta lex cōtinet ius commune ſi ponimus relictum ſub nomine dignitatis, vt tex. innuit. Op. ̅j. l. prox. nam Auguſta habet eadem priuilegia, quę princeps habet vt l. princeps. ̅s. de legi. Dicit gl. fallit hic, vel hic fuit pro non ſcripto. ̅s. l. prox. fuit caducum, vel quaſi. Tu dic, q̄ ſub. l. prox. fuit relictum ei, qui habebat dignitatem principaliter, & per ſe in l. ſi Auguſtæ, [b] fuit relictum ei, qui habebat dignitatem per alium. l. fœminę ̅s. de ſena. & hoc tenet Pet. & Cyn. refert in l. cum hr̄des. C. qui teſt. face. pol. Rō, 2† q̄a fortior eſt dignitas, quam quis h̄et per ſe, q̄ illa, q̄ quis habet per alium. l. 1. & 2 ̅s. de offic. procon. & leg. 3 † Et ſic l. icite iſta lex, q̄ ſi relinquitur ep̄o ſub nomine dignitatis, [c] tranſit ad ſucceſſorem: ſecus ſi relinqueretur vicario, quia tunc non tranſit in ſequentem vicarium.

ADDITIONES.

a Ale. Quod Principi. Ad materiam huius l. vide Bal. in rub. C. de iu. fi. in prin. quando relinquitur aliquid ſub noīe dignitatis, vt ep̄o, & ſimi. an tranſeat ad ſucceſſorem. Adde no. per gl. in l. & quia. ad fi. de iur. om. iud. & Bal. in l. hac conſultiſſima in 1. col. C. qui teſt. fac. po. & Bar. in l. ciuitas. de reb. dub.

b In l. ſi Auguſtæ. Et facit hæc l. ſi Auguſtæ. q̄ ſi relinquo vxori ſub noīe appellatiuo, an tranſeat ad ſecunda vxorē. Bal. q̄ non. in l. fi. de indi. vi. tol. per Bar. & Bal. in d. l. & quia adſi & dixi poſt Barto. in l. qui liberis. §. hæc. verba. de vul. & pup. & Bal. in l. hac conſultiſſima. in 1. col. C. qui teſt. fac. pol. per. Don. in cap. q̄m. Abbas. de off. deleg. vbi aliqua contra Bar.

c Barb. Et ſic facit. Idem dic, ſi committitur cauſa vicario, q̄ nō extenditur ad ſuperiorem, vide quod no. in c. fi. de off. dele. vide etiam An. in c. quoniam Abb. prope fi. de off. delega. & ibi no. dicit, idem ſi committitur cauſa non habenti dignitatem nomine proprio, per illum tex. alle. Pe. in l. & quia de iur. om. iud. ſupra, ſaluo niſi eſſet commiſſa reſpectu tribunalis, forte tunc poterit cognoſcere ipſe vicarius remotus, ſi incæper 1. & idem dicit de legato Papæ. in Spe. de leg. §. ſupereſt, ver. ſed pone, q̄ dominus, & vide An. præalleg. loco, & vide Bar. in d. l. & quia.

* Dec. conſi. 501. nu. 4. Idem in l. ſolet nu. 4. ff. de iur. om. iud. Aret. conſ. 30.

LEX LVII.

Si cui res. Qui agnoſcit partem, videtur agnoſcere totū legatum. h. d. quod no.

LEX LVIII.

Si mihi. Poteſt quis ex ſua pſona repudiare, & ex pſona ſerui agnoſcere. h. d. iſtā l. declara, vt l. ſi mihi, & tibi. in prin. ſup. eo.

LEX LIX.

Iulianus ait, ſi a filio. Si fideicommiſſum deficit legatum remanet penes legatarium, & ad hæredem non tranſit. h. d. Et hanc l. declara, vt l. ſi quis Titio. in prin. ̅s. eo.

LEX LX.

Si Titio. Si portio non grauata accedit grauatę, fit cōtributio, & legata ſolida præſtantur. h. d. Quant glo. q̄d econtra, ſi portio grauata, accreſcit nō grauatæ. & dicit idem hic & hoc, quod gl. dicit, eſt verum, q̄ ille, cui accreſcit portio grauata, tenetur ad illa legata, non tamen fit contributio, vt augeantur propter portionem ſuam non grauatam. l. 1. §. ſi cohærede, infra ad l. Fal. quod no.

1 *Portio deficiens accreſcit cum onere ſuccedentibus ab inteſtato.*
2 *Portio nominatim grauata non accreſcit cohæredi cum onere.*

1 **Iulianus.** Portio deficiens †accreſcit cum onere ſuccedētib. ab inteſtato. h. d. Op. ̅j. tit. 1. l. 1. § fi. vbi vadit ſine onere Solu. q̄ hic ambos grauauit. Hæc ſolu. videtur contra tex. ibi, cum eſſent ab eo fideicommiſſa relicta. Vnde alij dicunt, q̄ hic erant ambo in eodem gradu. vnde ambo ſuccedunt ex p̄ſumpta voluntate defuncti. ibi erat vnus in vno gradu, alius in ſequenti, tunc ſequens non ſuccedit ex tacita voluntate defuncti, cum de eo defunctus non cogitauit. Sed contra hoc opp. ſupra, de codi. l. pe. & l. ſi quis cum teſtamentum nullum, vbi non videtur fieri differentia, ſiue ſint in eodem gradu, ſiue in diſpari. vnde gl. tenet primam ſol. Dyn. tenet ſecundam. Nec obſt. d. l. pe. & l. ſi quis cum teſtamentum nullum. quia ibi teſtator grauauit veniētes ab inteſtato, hic nominatim. Item in d. l. pe. ſuccedebat q̄s prę ter ſpem defuncti, quia de eo nō cogitauit, hic vero cogitauit de eo. Sed huic ſol. obſtat, quia Iuriſ. probat hoc per exemplum de ſubſtituto, ſed relicta nominatim ab inſtituto debentur a ſubſtituto, l. ſi plures. ̅j. tit. 1. & l. 1. §. id, quod ex ſubſtitutione ̅j. ad l. Fal. Dicendum eſt ergo, q̄ ambæ ſolutiones mixtæ ſint veræ, videlicet quod ambo erant in eodem gradu, vt probat litera, quæ dicit, cohæredem eius. Item ambos nominatim grauauit, vnde accreſcit alteri cum onere ſuo, l. ſi duob. §. 1. & l. ciuitatibus. §. Lucius ̅s. ti. 1. 2 Secus ſi vnum† tantum grauauit noīatim, quia tunc nō accreſcit cum onere. l. Celſus. §. pe. & ſi ̅s. eo. & probatur per exemplum de inſtituto, & ſubſtituto, vt dixi ̅s. De hoc dicemus in l. cū pater. §. cum exiſtimaret. ̅j.

LEX LXI.

Si alienus. Si per ſeruum non quæritur hæreditas domino, ſed ſibi manumiſſo, tenet̄ ad onera domino impoſita. h. d. Oppo. q̄ ſeruus teneatur directo, cum pater, vel dominus teneatur ex perſona ipſius filij, vel ſerui. glo. ſol. innuit, quod naturalis obligatio diuidatur, in vtilem, & directam, quod videtur contra l. ſi eius, infra, ad Treb. Huius timore gloſ. loquitur dubitatiue, dum dicit, vtile, vt ita dixerim, & cæt. quaſi dicat, improprie loquor, quia naturalis non diuiditur in directam, & vtilem. Contrarium iſtud declara, vt dixi in l. cum filiofam. de leg. primo.

LEX LXII.

Si hæres. Si per hæredem res legata ſine dolo conſumatur, legatario per in factum actionem ſuccurritur. h. d. Opp. ̅s. de cond. inde. l. in ſumma. §. pe. Gl. dicit, hoc ideo, quia commodum habuit a defuncto, ideo non diſtinguit, ſciens, vel ignorans, de quo dixi in l. cætera. §. fin. & l. ſeq. ̅s. ti. 1. & l. ſi ſeruum. §. de illo. ̅j. de verb. obl.

LEX LXIII.

1 *Verba enunciatiua inducunt probationē eorū, quæ in teſtamēto ſunt geſta.*
2 *Fideicommiſſum probari poteſt per coniecturas.*
3 *Diſpoſitio teſtatoris per quot teſtes probari poſſit.*

a 1 **Cum proponebatur.** [a] Verba enūciatiua †inducunt probationē eorum quæ in teſtamento ſunt geſta. h. d. Op. q̄ nō inducunt probationem, l. Aurelius. §. fi. ̅j. de lib. le. & l. Lucius. §. 1. ̅j. tit. 1. Sol. verba enunciatiua in vlt. voluntatibus inducunt probationem eorum quæ geſta dicuntur in teſtamento, vt hic: & nō eorum, quæ dicūtur geſta extra teſtamentum. Opp. de l. ex facto etiam agitatum. ̅s. de hære. inſt. Solu. vt ibi. Quæro, 2† dicitur hic, [b] q̄ fideicommiſſum p̄ot probari ex ɔiecturis, quæ ſunt iſtæ coniecturæ? Gl. dicit hic, q̄ teſtār prius dixit, ſe velle ſubſtituere, poſtea dicit per errorem ſe omiſiſſe, hoc ſufficeret. Item ſufficit ad probandum, ſi enūciatiue ſcripſit hoc in teſtō, vt hic in tex. vide gl. & no. eam. No. q̄ ſi teſtator anteq̄ veniret ad teſtm̄, dixit ſe velle ſubſtituere, & poſtea non ſubſtituit, q̄ non præſumitur, q̄ per errorē omiſerit, niſi ipſe

ADDITIONES.

a Ale. Cum proponebatur. Et tene menti, quod dici Bal. in c. 1. §. item ſi vaſallus, ſi de inueſt. contro. fue. per hanc glo. vbi omnino vide, & no. ēt Ro. in l. admonēdi, de iureiu. & Bal. in l. 2. C. de iureiu. & Bal. in l. 2. C. de ſecun. tab. ad fi, Et illū tex. cum glo. inducit ſin. Bald. in in cap. 1. §. ſi de inueſt. int. domi. & vaſalis oria, q̄ vbi lex requirit taxatum numerum teſtium ad actum fiendum, q̄ nedum factū per pauciores probari non poteſt, ſed nec ēt error facti, vt hic, licet. Bar. hic aliter intelligat. Et vide Bal. in l. ſi Fortidianum. C. de leg. & in l. error. C. de teſt. Adde tamen, q̄ vbi non eſſet erratum circa ſubſtantialia inſtrumenti, probaretur error per duos teſtes ſecundum gl. in l. hæredes palam, §. ſed & ſi notam. ſup. de teſta. & vide Bar. in d. l. error, & qualiter probetur error, vide no. per Bar. in l. quoties. §. tantundem. de hære. inſt. & in l. ſi librarius, in fi. de re iud. & ibi dixi ſecundum Bal. in l. fi. C. de eden. hæc lex eſt no. quod error inſtrumenti debet plene probari.

b Bar. Quæro, dr̄ hic. No. q̄ manifeſtum dr̄ id, q̄ conſtat ex coniecturis, & ſic vſurarius pronunciatus per coniecturas dicitur manifeſtus, ſecundum Bald. Facit q̄d no. in c. cum in diœceſi. de vſur. & gl. in c. 2. eo. tit.

ipse postea dixerit se omisisse: vel in testō, vel in alia vlt. voluntate dixerit se hoc fecisse. Contra hoc vr̄ s̄.de hæred.inst.l.quoties.§.1. & qđ dixi in l.si qs in fundi vocabulo.s̄.tit.j. Solue, vt statim dicā.

3 Quero, † per quot a testes dēt hoc probari.glo.dicit b hic, ꝙ per septem in testō, per quinq; in codicillis. Cōtra hoc vr̄ s̄. de test.l.hæredes.§.sed & si notā. Distingue, c Qñq; quis vult probare dispositionem testatoris, qñq; dispositio testatoris est certa, sed vult quis probare erratum in aliqua qualitate, vel quantitate. Primo casu si ue quis velit probare dispōnem directo, siue per coniecturas, requirunt septē in testō, & quinque in codicillis, ēt ad probandum illas ꝯiecturas.l.fi.C.de cod.& ita loquitur gl.2.&fi.hic. Scđo casu sufficit probō per minorem numerū testiū, d.§.sed & si notā. & ibi, no. Item sufficit testatorē probare dixisse, antequā ad testm̄ veniret, d.l.quoties.§.j.& dixi in d.l.si quis in fundi vocabulo.

ADDITIONES.

a Barb. Quæro per quot. Et no. quod hic dicit Bal. quod per tot testes probatur indicium, per quot probatur ipsa res, facit gl.sing.in l.fi.C.fam.erci. Tu dic, ꝙ vnus testis de directo deponens super maleficio facit indicium ad torturam, l.3. C.ad l.Iul.maiest.Bar.in l.fi.inf.de quæst.

* Dec.consi.195.col.3.versi.quib.tamen non obstantibus, & Ruy.consi.1.nu.12.li.3.scripsi consi.436.nu.4.lib.4. I. M.

b Gl.dicit. Istā gl.allegaui tibi in l.si librarius.de re.iur.ad fi. Et de materia ꝓbandi voluntatē testōris, & p quot testes, vide l.fi.& qđ ibi gl.& Bal. C.fa.erc. vbi ēt p Bar.alle. ēt Bal.hanc gl.in l.a.ver.ex his.C.de sec.tab.& in l.fi. C.de fideic.ibi ēt in vlt.col.vbi vide, & cum Bar.concordat Bal.Ang.& Imo. in l.quoties, in princ. iuncto §.j.sup.de hær.inst.& ad no.per Bar.hic vide Do.de Rota in dec.237.

c Barb. Distingue. Et Bald.hic dicit, si duæ sunt scripturæ ad idem, sed diuersimode se habent: si fieri pōt, vna ad alteram reduci dēt, per tex.in l.Sempronius.s̄.eo. Si autem non, neutri stabitur.l.scripturæ. C.de fi.instr. nisi vna esset magis originalis quam alia, quia tunc staretur originali.

LEX LXV.

Peculium. Si legatur vniuersitas, augmētum, & diminutio contingens, etiam viuo testatore ad legatarium pertinet.h.d.istud principium.

1 *Corpus, quod vno spiritu consistit, si ligatur, & perit, non debetur, quod superest.*

2 *Domo legata, & perempta area casmate, vel impetu aquæ, cementa, quę remanerent, non debentur.*

Quadrigæ. Si legāt res ex plurib.corporib.ꝯsistēs, si extinguit, ꝙ ibi est principale, perit legatū.h.d. Opp.s̄.proxi.vbi quidquid superest ex legato, debet. Sol. dñt quidā, ꝙ hic decessit ille equus, qui demonstrabat quadrigā.sed glo. dicit, ꝙ ñ curat, qs equus de quatuor decesserit. Ad ꝯtrium dico, ꝙ quicqd ibi remanebat, retinebat nomen peculii, & familię: hic vero vno perempto, desinit esse nomen quadrigę. Cōtra hoc vr̄ l.si grege.s̄.tit.1. vbi si ex grege remaneret vnus, ille dētur solus: tñ non est grex.sed pōt dici, licet vnus non sit grex, retinet tñ nomen gregis, l.sicut municipiū, in fi.s̄.qd cuiuf.vni.no. Hoc non placet, qa si legāt domus, & remanet area, dēt area, licet non retineat nomen domus, d.l.si grege.s̄.tit.j. Dicas ergo, ꝙ in corpore, † qđ vno spū ꝯsistit, vt hō, bos, & similia, eo perēpto nō dētur quod superest, vt l.mortuo, in prin.s̄.eo. Rō: qa perit pars principalis, f.spūs vitalis, vt ibi dixi, ita in quadriga, si perit pars principalis, f.ille equus qui demonstrabat quadrigā, & eā dirigebat, nō dētur quod remanet: secus si alius equus decesserit, & ita vult dicere iste text. ita in area, nā domo destructa superest area, q̄ est potētissima ps dom⁹, l.cum qui ædes.inf.de vsuca. Sed si periret † area calmate forte, vł propter abundantiam aquæ, tunc cementa, quæ remanerent forte non deberentur, arg. d.l.mortuo.sup.eo.arg.huius §.

ADDITIO.

Pariter-Ruyn.consi.71.nu.4.lib.2. I. M.

Fideicommissum vniuersale conseruatur per authenticam, ex causa.

Hæres grauatus a testatore, ut hæreditatem restituat post mortem suam, si hæreditas vadit ad venientes ab intestato, non tenetur ad fideicommissum, nisi instituto moriente.

Titio. a Si legatum relinquit ab vno sub ꝯdōne, quæ ex eius persona dependet, si legatum transfert ad alium, non transfert ꝯdō.h.d. Opp.hic dr̄, ꝙ dies cedit alteri adita hrēditate. ꝯ. immo tale legatum est nullum, l.si post mortē.§.sed si seruo.s̄.ti.1. Sol.hic non fuit relictum seruo, sed Titio.sed ꝯ opp.quia ꝓualet legatum libertatis, & legatum de seruo non valet, d.l.si post mortem.§.fi. Sol.dicit gl.ibi ꝙ fuit relicta libertas p fideicōmissum, & hoc tenet Dy.& hoc vr̄ ꝯ tex.hic, qñ dicit libertas cōpetit, & ibi liber esse iussus, &c. Vnde Iaco.de Aret.dicit, ꝙ fuit relicta libertas directe, & fatetur ꝯtrium, ꝙ legatum non valet, & ponit, ꝙ hic legatum fuit factum seruo sub eadem die, & ꝯdōne, qua libertas, et punctuat hic in prin.post dictionē, legatum. Si tenes primā, expone tex.vbi dicit libertas competit.i.fideicommissaria, & vbi dicit esse iussus est, intellige per fideicommissum. Vltimo induco istā l.pro casu ad q.ego tenui, † ꝙ p auth.ex cā. C.de lib.præt. conseruatur vłe fideicommissum.l.ita tamen.§.quoties.j.ad Trebel.& s̄.si quis omis.cau.test.l.si seruum.§.j. Pone ergo, b ꝙ testator grauauit hæredem, † vt restituat per fideicommissum post mortem suam, hæreditas venit ad venientes ab intestato. Certe non tenet ad fideicommissum, nisi illo instituto moriente, vt hic. Facit l.4. inf.de noua.& l.cum pater.§.ab instituto.inf.eo.

ADDITIONES.

a Ale. Titio. Vide ad intellectum Imo.in l.si post mortem.§.fi.sup.ti.j.

b Ale. Pone ergo. Adde Bart.in l.si fundum.sup.de act.empt.& in l.cum pater §.ab instituto.in fi.inf.eo.tit.

LEX LXVI.

1 *Legatum factum creditori, an valeat.*

Mæuius. Debitor partis fundi creditori sub eadem conditione, qua debebat, legauit, intelligitur aliā ptē, non illā quam debebat, legare.h.d. Primo ponit thema, & qō. Secundo determinatio qōnis. Tertio rñsio ad vnam obiectionem q̄ fieret in ꝯtrium. Quarto rñsio quæ fieret ad aliam. Scđa ibi, voluntaris. Tertia ibi, sane. Quarta ibi, debitor autē. Opp.ꝙ in dubio nō est verisimile, ꝙ testator grauauerit hæredem suum duplici ꝓstatione.l.Titia.§.qui inuita.s̄.eo.& j.ea.l.§.eum, qui. Solu.ibi eodē testō, hic in diuersis, vt tex.dicit. Sed opp.ꝙ hrs, & testator pro eodem hr̄, quantum ad hoc, l.huiusmōi.§.j.s̄.titu.j. Sol.ibi hrs expresse legauit illud, qđ defunctus legauerat: sed hęc significatio legati facta per hrdem potest aliud importare, q̄ quod defunctus legauerat, f.aliam partē, quæ significatio accipitur ne legatum sit inutile. Opp.de l.qui bis.de ver.obl. Gl.dt, expone, ut ibi. Tu dic, ꝙ alia 1 res est in secundo legato, q̄ in primo. Opp.ꝙ † valeat legatum factum creditori, licet non contineat plus, l.si creditori.§.j.s̄.ti.j. Sol. fateor, ꝙ ibi non continet plus altero de quatuor modis, qui ponuntur Insti.de act.§.plus.sed continet plus quinto mō, quod declara, vt ibi dixi. Vltimo, vt ista materia liqueat, hic Dy. ponit vnā distinctionem. Tu distingue aliter. Aut quis legat in quantitate, aut in specie: si in quantitate, distingue, aut legatum continet aliquod commodum, aut non.l.si creditor s̄.ti.j. Si in specie, & tunc aut debetur mihi ex contractu, & valet, per illum modū, qui ponitur in l.3.§.si rem.j.ti.1. Aut erat mihi debita ab eo, qui legabat ex alio testamēto, & tunc aut legat illud idem, quod debebatur, & non valet, l.huiusmodi.§.j.sup.ti.j. Aut legat aliud vere, vel pręsumptiue, & valet legatum, vt hic: quia videtur legare aliam partem. Quero, qd si hęres non reliquisset totum fundū, sed partem fundi sub eadem condōne, an valeat. Respon.aut dixit partē simpliciter, & intelligitur de alia parte, vt valeat legatum. Aut expressit partem sibi debitam ex testamento Mæuij, & non valet, probatur hic, & inf.proxi.§.

1 *Genus altero de tribus modis in iure accipitur.*

2 *Duæ causæ lucratiuæ in eiusdem persona, & in eadem specie, quæ vere ad oculum demonstrari possent, non possunt eodem tempore concurrere, & quomodo intelligatur.nu.13.*

3 *Genus repositum sub una demonstratione, quando debetur, perinde est, ac si deberetur species.*

4 *Actio semel extincta non reuiuiscit regulariter, et quando reuiuiscit, an sit eadem cum prima, uel alia.*

5 *Legatum factum de fundo simpliciter, adiecta certa demonstratione, ualet.*

6 *Legatum quantitatis simpliciter, quantitate non adiecta, nō ualet: secus est in legato quantitatis.*

Partis appellatione uenit dimidia.

7 *Pronomen hic, hæc, hoc, licet sit demonstratiuum ad oculum pro re corporali, quæ est de præsenti: tamen etiam potest demonstrare rem incorporalem, quæ de præsenti intellectu concipitur.*

8 *Regula de duabus causis lucratiuis non habet locum, quando quantitas debetur, uel illud, quod in genere suo recipit functionem.*

9 *Homo prout est genus, est quædam idea, seu imaginatio, quæ non est in commercio nostro.*

10 *Legatum hominis in genere ualet, & est conditionale, & nullus certus est in obligatione, sed per solutionem determinandus.*

11 *Quodammodo, dictio, denotat improprietatem.*

12 *Datum pro legato causa conditionis implendæ, quando dicatur ex causa lucratiua, & quando ex causa onerosa.*

13 *Lucratiuæ duę causæ, quando possint simul concurrere.*

14 *Lucratiua causa, & quasi lucratiua non possunt concurrere simul quo ad effectum solidę exactionis.*

Nuxolis causa dicitur causa lucratiua, & similis: uel si res magni ualoris, pro modico ematur.

15 *Si illud, quod mihi debes ex causa lucratiua, alius qui mihi erat naturaliter obligatus, tantum mihi dat, quando sis liberatus.*

Legatum dicitur causa lucratiua, etiam si fiat meritis præcedentibus.

16 *Obligatus ad fundum mulieri ex causa lucratiua, si dictus fundus a vero domino in dotē detur mulieri, & soluto matrimonio ad mulierē reuertitur, primus obligatus est liberatus.*

17 *Dos respectu uiri est onerosa, respectu mulieris lucratiua, & quando hēt effectum lucratiuum.*

18 *Dos data p patrem filię spurię, si ad eam reuertitur, uenictes ab intestato possunt de iure ciuili eam reuocare, secus de iure canonico.*

19 *Renunciari exceptioni, quod duę causę non possint concurrere, non potest.*

20 *Verbum potest, cum aduerbio negatiuo, importat necessitatem.*

21 *Dominus si recipit pensionem ab emphyteuta post triennium, an ius emphyteutę restauretur, remissiue.*

22 *Cōsuetudo si sit, ꝙ si unus ex canonicis moriatur, cęteri lucrātur fructus primi anni, si una pbēda uacauit bis, debētur fructus tantum unius anni.*

23 *Statuto stante ꝙ portās bladū extra territoriū pdat aīal super quo portatur, & condemnatur in decem, alio statuto, ꝙ in maleficijs de nocte com-*

missis pęnæ duplicentur, quomodo puniatur extrahens frumentum de noste. Et quid si plures homines diuerso tempore super eodem mulo extraxerunt, an quilibet teneatur perdere vnum mulum.

24 *Acquisitum ex pęna dicitur acquiri ex causa lucratiua.*

25 *Res ob delictum, quando ipso iure confiscatur.*

26 *Statuto stante, quod confitenti delictum, diminuatur quarta pars, si primus, & secundus sunt confessi, & primus soluit tres partes animalis, secundus non tenetur, nisi ad aliam quartam partem.*

Duobus. Iste §. cōsueuit reputari difficilis, pro cuius euidenċa prænutto, φ rīa est, φ duæ causæ lucratiuæ nō pñt in eadem re ɔcurrere. Inst. eo. §. si res. & ℑ. de act. & obl. l. oēs. & de sol. l. quoties. la 2. cum si. Secundo † præmitto, φ genus in iure assumit altero de trib. modis. Primo genus accipit ꝓ his, q̄ consistunt pondere, numero, vel mēsura, q̄ in genere suo recipiūt functionem, vt s̄. si cer. pet. l. 2. in prin & §. j. & de hoc gñe non tractatur hic in tex. sed ego tangā ī. prosequēdo māīm. Scđo mō accipit pro q̄titate quadam: puta. si mihi debeī tertia, vel quarta, vel dimidia alicuius rei, pro īdiuiso, dr̄ mihi debeti genus, vt s̄. si pars hære. pet. l. i. § pe & no. ℑ. ad Treb l. deducta. §. nummis. in fi. magnę gl. & no. ℑ. e. l. vnum ex familia. §. sed si vno. l gl. fi. Tertio modo dr̄ genus, qđ apud dialecticos dr̄ spēs, vt hō, vnde qui dēt hoīē simpłr, ē debitor gñis, vt s̄. tit. j. l. legato generłr. & quod ibi not. cū si. & de debito gñis, istis modis accipiēdo tractat iste. §. his præmissis, omissa diuisione Dy. & aliorū, iste §. diuidiī in tres partes prin. Primo loquitur de legato gñis, id est, q̄titatis facto simpłr nō adiecta certa demonstratione, vt qa legata est pars fundi. q̄ Mæuij est. Secundo loquitur de legato gñis, i. quotitatis, facto simpłr nō adiecta certa demōstratione. Tertio loquitur de legato gñis alteri⁹, puta hoīs in gñe. Scđa ibi, sed si pars. Tertia ibi. non idē, & quælibet pars subdiuidiī in alias particulas, quas prosequor ponēdo casum in terminis. Venio ad casum summarium, & h. d. Duæ † cāæ lucratiuæ in eiusdē ꝑsona. & in eadem spē, q̄ vere possent ad oculum demōstrati, nō pñt ɔcurrere eodē rpe, quo ad effectū solidæ exactionis. h. d. & cessant quasi oīa ɔ̄ria. Venio ad casum in terminis, & pone per partes. Pręmitte tñ. φ in j. & 2 parte isti duo testatores legauerant rē alienā scienter, vel erat coniuncta ꝑsona, adeo φ legatum valet, C. de leg. l. cū alienam rē. & no. s̄. tit. j. l. non quocunque. in prin. Dic ergo, φ prima pars subdiuiditur in duas, quia primo ponit vnius qō. determinationem. Secūdo ponit determinationem alterius qōnis descendentis ex prima. Secunda ibi, neq; postea. Casus patet per se. Et rō primi dicti est, ne duæ cāę lucratiuæ ɔcurrant in eadē re. Ad scđam partem prin. venio, & illa subdiuidiī in tres. Primo ponit vnum dictum diuersum a primo ī iure, & facto. Scđo ponit determinatio vnius qō. dependentis ex dicto. Tertio poniī rō vtriusq; dicti. Scđa ibi, atq; ēt. Tertia ibi, neq; plures. Prima, & secunda pars est clara. In tertia ibi, neq; plures, q̄ est magis difficilis pars §. pone casum. Dictū est s̄ φ qñ pars est legata simpłr, φ vna solo non tollit alteram actionē, sed eadē ps potent iterū solui. Quæ est rō, φ pñt hic concurrere plures causę lucratiuę: Rñdeī, φ rīa, φ duæ causæ lucratiuę non pñt in eadē re ɔcurrere, hēt locum in eadem re, quę possit ad oculū demonstrari: ergo regula non extendit ad casum, qñ cōcurrunt in eadē re, q̄ non possit demonstrari ad oculum. Probat ista litera, neq; plures, &c. Nam plures in vno fundo cōi pro indiuiso non obtinent dominiū certæ partis q̄ possit ad oculū demonstrari, sed solum iuris intellectu: qđ est verū, non facta diuisione corporis. Nam ante diuisionē non pōt demōstrari in fundo aliqua pars, quā possis dicere, hęc est mea, φ ea ēt non sit socij; sed post diuisionē potes dicere, hæc mea, hęc tua, & hoc vult dicere tex. iste ſm Io. & Azo, qui ad eundem finem tendunt, & illud, quod gl. hic in ver. hāc eadē. dr̄, φ quidam subaudiunt. n. quidam non, nec leuat, nec ponit, ſm Pet. Ad tertiam partem accedo, ibi, non idem. Et ista subdiuidiī ī tres particulas. Primo ponit dictū diuersum a p̄cedenti in hoīe legato in genere. Secundo illud extendit ad stipulonem. Tertio assignat rōnem dicti. Secūda ibi, eadem. Tertia ibi, hoīs. Et aduerte, ne erres, in isto versi. hoīs. n. ponitur rō dicti, nō rō diuersitatis inter hunc casum, & præcedentem, illam n. nō posuit lurisćō. quia est manifesta. Nam illud debitum generis non potest ad oculum demonstrari: hic vero homo solutus bene potest ad oculum demonstrari, ideo non potest solui, ne concurrant duæ causę lucratiuæ: & ista est rō diuersitatis. Sed in hoc ver. ponitur alia rō, quare non potest solui, quæ sumitur ex alia regula, quæ dicit, φ ea, quæ apponuntur ad obligationem, si in his non consistit oblō, nec solutio, vt ℑ. de solu. l. qui decem. §. Stichum. in prin. de verb. obl. l. si duo rei. Ad propositum in legato generis omnes serui continentur quantum ad solutionem: & ille, cui solueretur, videretur ab initio fuisse ī obligatione. Sed pone, rpe legati habeo quosdam seruos, in his non potest consistere obligatio ab initio: quia qđ est meū, non potest fieri amplius meum. C. eo. l. proprias. & s̄. tit. j. l. cætera. §. j. ergo nec solutio. Eadem rō est in seruis, qui postea cęperūt esse mei, nam cęperunt non posse esse in obligatione, & sic nec ī solutione, licet desinant esse mei. Et hoc vult dicere iste versi. tamen quid sit in obligatione. inf. plenius declarabo. Expedita litera collige notabilia per teipsum.

b Alex. Binas. Adde tex. no. & quæ ibi Bar. in l. via. §. fi. sup. de ser. rust. præd. & sic habes no. quod si vendo tibi viam fundum, non uideor vendere accessum ad illū, d. l. in uendendo. nec cogor tibi pretio uendere accessum, quia est specialis in l. si quis sepulchrum, uide Pau. de Cast. in d. l. quod conclaue. & ibi Bal.

---

1 *Legato uiæ simpliciter facto, uidetur repetita conditio adiecta fundo.*

2 *Dies cedit tempore mortis in seruitutibus realibus.*

3 *Fundus quando duobus legatur, & cuilibet totus, quilibet pro parte ab initio est dominus.*

a **Si fundum.** a Vt valeat legatum viæ, requiritur, vt legatarius tēpore mortis testatoris reperiatur dñs prædij dominātis in totum vere, vel ficte, alias legatum extinguitur. h. d. tota ista lex, & multum no. & diuiditur in quatuor partes principales. Primo loquitur, quando testator legauit fundum duobus, & viam vni, & vterque legatum agnouit. Secundo, quando vni tm̄ legauit fundum pure, & viam sub conditione. Tertio, quando vni legauit fundum sub conditione, & viam pure. Quarto, quando ex duobus dominis, vni viam legauit pure, alii sub conditione. Secunda ibi, & si prius. Tertia ibi, qq. Quarta ibi, vt iā. Rōnem istius ponit tex. in

1 prin. quoniam seruitus pro parte acquiri non pōt. † Op. ex t. gl. dr̄, quod hic vni legatur fundus pure, & uia sub conditione, vel econuerso. Immo vr̄, quod ipsa conditio adiecta in fundo, uideatur repetita in uia tanquā in eius accessorio, l. cum seruus. sup. de cond. insti. & l. fi. §. fi. ff. de verb. ob. Ego intelligo, si hoc fuit expressum, quod relinquebatur uia pure, sed si simpliciter relinquebatur uia, fateor contrariū quod conditio vr̄ repetita. Secundo op. hic dr̄, quod inspicitur tps mortis testatoris, utrum quis sit dñs insolidū, ut ibi, decessisse, &c. Contra, immo debet inspici tempus aditæ hæreditatis, ut C. de cad. tol. §. in nouissimo. Sol. quicquid gl. ibi dicat, & in l. 2. ff. quando di. leg. ced. quæ

2 glo. male dicitur: ueritas est, quod † in seruitutibus realibus cedit dies a tempore mortis: casus est hic. Non obst. §. in nouissimo. quia loquitur in seruitute personali, & ita uidetur uelle glo. hic, & bene. Item opp. quod in seruitutibus realibus inspiciatur tempus aditæ hæreditatis. l. fi. sup. communia præd. & l. si partem. §. fi. sup. quemad. ser. amit. Istud contrarium glo. non soluit, sed tu solue sic. Dicunt quidam, illæ leges habuerūt respectum ad petitionem, hæc vero respicit cessionem diei, quantum ad trasmissionem: Ista sol. non valet aliquid, quia inspicitur tempus mortis, an legatum valeat, vel non: sed in legibus contrariis tempus aditæ hæreditatis inspicit, & sic remanet contrarium, cum de valore legati loquatur vtraque lex non de petitione. Quare dic, quod ibi erat defectus ex parte legātis, qui non erat dominus, nisi pro parte fundi, quem volebat seruire: hic vero erat defectus eius, qui non reperitur dominus, nisi pro parte fundi, cui seruitus legatur: ideo cum defectus ex parte legantis, vel promittētis viam, quia non est dominus, nisi pro parte, non impeditur contrahi obligatio personalis ad viam, licet ius reale non posset constitui, l. per fundum. sup. de ser. rust. præd. & ideo cum fuit defectus ex parte legantis, nō inspicitur tempus mortis, quia illo tempore subest habilitas ad contrahendum obligationem personalē, & illo tūc ius reale non debet constitui, l. si tibi homo. §. cum seruus. sup. de leg. 1. ff. eo. l. fi. Inspicitur ergo tempus aditæ hæreditatis, cum illo tempore cedit dies quantum ad iuris realis constitutionem, vt seruitus constituta dicatur. Sed quando est defectus ex parte legatarii, vel eius, qui stipulatur viam, impeditur contrahi obligatio personalis & realis, l. si sub vna. §. fi. ff. de verb. ob. & l. stipulationes nō diuiduntur. & ideo cum talis defectus impediat obligationem personalem, & realem, merito tempus mortis inspicitur, ut hic. Certe quæ dicta sunt in hac l. habent locum, quando uerba legati referuntur ad personam legatarii. Sed si verba legati referantur ad rē, non facta mentione personæ, tunc valet & ambobus dominis quæretur, arg. l. proxi. & supra, nota a l. Caius. facit ad prædicta, quod

3 dixi in l. 1. infra de reg. Cato. † Vltimo in hac l. habuimus casum quæstionis glo. in l. si pluribus. sup. de leg. 1. videlicet, quando fundus relinquitur duobus, & cuilibet totus, vtrum ab initio sit quilibet dominus in totum, vel pro parte: ex quo apparet quod legatum viæ non valet. Vltimo nota casum, quod dies seruitutis realis cedit a tempore mortis.

ADDITIO.

a Si fundum. Mod. Paris. in labyrinto. I. M.

LEX IIII.

1 *Domo vēdita, quæ ab alia distinguitur pariete communi, medietas parietis videtur vendita.*

2 *Paries cōmunis inter duas domos, an sit pro diuiso, vel indiuiso, remissiue.*

1 **Si is, qui duas.** Hic est bonus casus, & ex ipso habes, † quod si ego vēdo tibi domum, quæ ab alia distinguitur pariete communi, tantum medietatem parietis videor vendere.

2 † Quæro an paries communis inter duas domos sit communis pro indiuiso, vel pro diuiso? Hic tex. videtur velle pro indiuiso. Tu autem dic laudsime, ut dixi in l. inter quos. in principio. ff. de dam. infec.

LEX V.

a **Et si maxime.** a Nota hic, quod requiruntur duo, ut legatū factum seruo valeat: quia requiritur, quod dominus sit capax. Item quod tale quid legetur, quod eo facto libero posset legari, ut plene habuistis sup. de leg. 2. l. debitor. §. seruo. vbi iurisconsultus hanc materiam examinauit.

ADDITIO.

a Alex. Et si maxime. Vtrū hæc lex procedat in cōtractib. vide l. pinde. §. fi. de sup. ser.

---

1 *Legatum seruitutis ex qualitate rei legatæ, & personæ legatarii, magis presumitur factum contemplatione personæ, quam rei.*

2 *Via quando simpliciter relinquitur, tunc dicitur seruitus realis.*

3 *Extraneus, quod uadat per domos alienas, & uideat earum secreta, non conueniens.*

4 *Concessio continens beneficium principis, in dubio intelligitur realis.*

5 *Concessio principis continēs aliquid contra ius, facta ciuitati, vel uniuersitati, in dubio uidetur realis.*

6 *Concessio continēs priuilegium, facta singulari personæ, quando dicitur realis, uel personalis.*

7 *Concessio priuati, uel inferioris a principe continēs merum facultatē facti vt si dicatur, concedo tibi facultatē adeundi, præsumitur personalis.*

8 *Concessio priuati, quæ refertur ad ius, si sit indeterminate respectu fundi dominantis, dicitur personalis: si determinate, realis, nisi ex qualitate personæ, & relicti, aliud præsumatur.*

9 *Imperatur concedēs iurisdictionem in quodam castro, in dubio intelligitur facta concessio castro.*

10 *Facultas eundi, an sit facultas realis, vel personalis remissiue.*

LEX VI.

1 **Pater.** † Ex qualitate rei legatæ, & personæ legatarii præsumitur legatum seruitutis, magis factum cōtemplatione personæ, quam rei. h. d. & est materia huius l. multum pulchra, & sub-

a tilis. Opp. & vr̄ quod legatarius a debeat habere viam per alium fundum testatoris, l. damnas. §. 1. sup. tit. 1. & dixi plene sup. e. l. 1. & sic ad quemlibet successorem transit. Dicit gl. hic loquitur, quando domus

ADDITIO.

a Legatarius. Ruy. consi. 34. nu. 6. lib. 1. & nu. 15. I. M.

domus habebat iter p alium locum, ibi qñ per alium locũ iter nõ
2 possèt hře. Contra hoc op. φ † qñ via simplr relinquit, sit seruitus realis, nec dẽmus distinguere, an sit iter p alium locum, vel nõ, vt sup. eo. l. si fundum. & J. l. proxi. Sol. fateor, φ in dubio vr relinquit seruitus realis, prout verba sonant. l. si fundum. sup. eo. Fallit, si ex qualitate personæ legatarij, & ex qualitate rei, aliud psumitur, vt hic. Hic. n. relinquebat via filiæ suæ, & per domos hæreditarias, &
3 sic ñ erat inhonestũ, φ filia incederet per domos patris, sed † φ extraneus iret per domos hrdis, vt videret eius secreta, nõ esset cõueniens. l. j. C. qñ, & quib. quarta pars debe. & sic vr hoc magis relinquere contemplatione personę, q̃ constituere ius reale. Quæro, v-
3 trum a concessio in dubio videatur facta in rem, vel personã? Rñ.
4 † qñq; talis concessio contiart beneficium principis, & tunc ĩ dubio dẽt intelligi concessio realis, qũ bñficia principum, & c. l. fi. ĩ. de const. prin. de hoc in Spe. de inst. edi. §. nunc aũt. versi si aũt dubium.
5 † Qñq; concessio continet priuilegium, hoc est aliqd ɔ̃ ius scriptum. & isto casu si quidẽ datur ciuitati, vel alicui vniuersitati,
6 in dubio vr cõcessio realis. l. forma. §. q̃q̃. de censi. Qñq; † daĩ psonæ certæ singulari, & isto casu gl. q̃ est in d. §. q̃q̃. vr dicere, φ in dubio videatur realis concessio, nisi apparear ɔ̃. Old. reprehẽdit ibi illam glo. Tu dic de hoc plene, vt dixi in l. quia tale. sup. solu. mat.
7 † Qñq; talis concessio nõ cõtinet beneficiũ, vel priuilegium principis, sed est ista concessio priuati, vel alicuius ĩferioris: & tũc qñq; concediĩ mera facultas facti, vt si dico: Cõcedo tibi facultatẽ eundi, vel φ possis ire, & similia verba, q̃ referunĩ ad factũ magis, quã
b ad ius: b & tunc concessio p̃sumitur personalis. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ĩ. de leg. 1. facit Insti. de stip. ser. §. sed cum factum. Si
8 vero cõcessio referĩ ad ius, tunc aut fit indeterminate respũ fundi dominantis, & præsumitur concessio personalis. l. pe. ĩ. de ser. rust. præd. Aut determinate, & tunc in dubio præsumitur cõcessio realis, c. cũ venissent. ext. de insti. & sup. de ser. rust. præd. l. antep. & per totũ, vt ĩ. eo. l. si fundũ. nisi ex qualitate personæ, & relicti aliud psu-
9 matur: hic est casus in hac l. Et p hoc † si Imperator concedit c iu-
c risdictionẽ in quodam castro, & dubitatur, vtrum concessio sit facta Comuni illius castri, vel sit facta territorio, ego in dubio præsumo esse factam concessionem territorio, nisi ex verbis concessio-
10 nis aliud appareat, vt sup. dixi. † Quæro, vtrum d illa facultas eun-
d di sit seruitus realis, vel personalis? De hoc plene dixi, inf. de alim. & cib. leg. l. Mela. §. fi.

ADDITIONES.

a Ale. Quæro, vtrũ. An in dubio cõcessio intelligaĩ personalis. Itẽ adde secũ Bal. An. & Imo. in l. quia tale sol. mat. φ ubi tractaĩ de cõmissione officij, i dubio itelligitur de psonali, l. cuius, C. de cur. fur. l. antep. & ibi no. ĩ. de tut. nisi committeret sub noie dignitatis, c. qm Abbas. de off. dele. l. sordidorũ. C. de excu. mu. li. 10. facit quod no. in l. more. & in l. & quia. de iurisd. om. iud. quid aũt in rescriptis, et iurisdictionib. utrum conueniri possint successores: vide qđ no. per doc. in l. 3. C. qñ lib. prin. da. per Cano. in c. significante. de rescrip. Et adde his Bar. in cons. inc. primo quæritur, verum iurisdictio, & Imperium, & quę no. Bal. in rub. C. de priu. do. & oino Bal. in l. liberti libertæq. de oper. lib. & l. si non speciali. C. de test. Dic, φ in dubio intelligitur priuilegium concessum tam personæ, quam loco, & econuerso in dubio intelligitur realis, tenet glo. 25. q. 2. in summa. Spec. in loco hic alleg. et uide Io. And. in regula, priuilegium. in mer. et quod no. glo. in l. sordidorũ. C. de exc. mu. lib. 10. Bal. autẽ in l. fi. de cons. princ. tenet contra Bar. hic in fi. Bal. in l. fi. §. sed et si quis. C. cõia de leg. dicit, φ officia sunt personalia in dubio. scripsi post Imo. in l. maritũ sol. ma. uide Bal. in l. j. §. libertatib. cum uer. seq. ad fi. de cad. tol. ubi dicit, φ si Baro legat ius colligendi passagium, est ius reale, et uide gl. in c. cum uenissent, de insti. quę est contraria illi, q̃ est in decre. allega. sup. et eam sequitur Io. And. in d. regu. priuilegium, etc. adde, an in dubio concessio sit realis, uel personalis Pet. de Anch. consi. 418. Ang. consi. 44. lib. 2. Bal. consil. 215. et 96. lib. 3. et consi. 201. lib. 4. Fed. consi. 68.
b Ale. Quam ad ius. Et uide quæ dixi post Bartõ. in l. j. sup. de cons. prin. ubi late, et uide no. per Bal. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui de leg. 3. et ibi per Imol. et uide Imo. in l. si sic, de uerb. oblig. et no. in l. iurisgentium. §. pretor. de pac.
c Ale. Si Imperator concedit. Adde glo. in l. forma inf. de censi. et uidetur in dubio realis. Et no. Bar. in l. continuus. §. si ab eo. de uer. obl.
d Alex. Quęro, utrum. Vide Bar. in l. inter eos, sup. de acq. re. dom. et in consi. incip. quęritur, an iurisdictio, et Bal. in l. fi. sup. de consi. prin.

TITVLVS QVARTVS,

De dote prælegata,

Quæro, quid importet illud, præ, dic vt in gl.

LEX PRIMA.

1 *Legatum dotis continet, id, quod actio de dote, originaliter contineret.*
Exceptio, quæ ex pacto oritur, tollit dilationem legalem.
Legatũ dotis nõ tollit exceptionẽ peremptoriam a lege inductam. & n. 4.
2 *Consuetudo, de qua in l. dos a patre, intelligitur, quando mulier prædecedit.*
3 *Pactũ de dote lucrãda hẽt locũ, qñ matrimoniũ casu, vel culpa cõi soluiĩ.*

1 CVm dos. Dotis † legatũ continet id, qđ actio de dote originaliter contineret: & exceptio, quæ ex pacto oriretur, tollit etiam dilationem legalem; exceptionem vero peremptoriam, q̃ a l. inducitur, tale legatum non perimit. h. d. & nihil aliud. Not. tex. ibi, nã qđ est adinissum, &c. Op. sm gl. & videtur, quod prælegatum dotis contineat plus, quã actio de dote, vt hac l. versic. verum est. Sol. continet plus. tm tempore, sed nõ in quantitate. Opp. Institu. de leg. §. seu si vxori. Sol. Ibi legauit certã q̃titatẽ p dote, hic vero dotem simplr legauit q̃titate nõ expssa. Itẽ op. & vr, φ tale pactũ,
a φ vir lucreĩ dotẽ pp liberos dẽt valere. a l. 2. ĩ. de pac. do. & l. inter socerũ. p totã l. Sol. illæ leges intelliguntĩ sm istã, quia hñt locum,
a si p̃decessit mulier: secus si vir, vt hic. Et iõ debes scire, † φ consuetudo, q̃ ẽ posita ĩ l. dos a pře. φ dos retineaĩ pp liberos, dẽt ĩtelligi,
b b qñ p̃decedit mulier: sed si p̃deceret vir, nulla retentio pp filios fieret, φ examinaui plene in l. post dotẽ. ĩ. sol. mat. Quarto opponitur, & vr, φ illud pactũ, φ dr de diuortio, sit iniquũ, vl supervacuũ, nã iniqnũ est, si mrimoniũ solnereĩ culpa viri: supuacuũ est, si solnereĩ culpa mulieris, qñ ipso iure dẽt pdere dotẽ. l. consensu. C. de
3 rep. glo. fateĩ ɔ̃rium, & dr, † φ illud pactũ hẽt locum, qñ fit diuortium casu, vel culpa cõi. Quinto op. φ hodie pactũ de lucrãdo dotem in casu diuortij, non hẽat locũ, cum diuortiũ non possit fieri
e de iure canonico, e vt no. in l. rerum. ĩ. rerum amo. & l. diuortio. ĩ. de neg. gest. gl. fateĩ ɔ̃riũ. Dr hic in ver. impensę, φ exceptio perẽptoria, q̃ a lege inducitur, non tolliĩ p legatũ dotis. Cõtra, quia immo legatum dotis tollit exceptionẽ cõpensationis, q̃ est perẽpto-
d ria, vt inf. e l. dote. Sol. & aduerte, d q̃dã † est exceptio perempto-
4 ria, q̃ anteq̃ in iudiciũ deducaĩ, dotem minuit ipso iure, & ista nõ tolliĩ p legatũ dotis. ita loquiĩ hic in ver. impensę. Quędã est exceptio pemptoria, quę dotẽ nõ minuit ipso iure, licet actionẽ possit elidere, & ista tolliĩ p dotis legatũ, vt hac l. j. §. 1. & l. dotẽ. J. eo. Rõ apparet expssa ex ipsa verborũ significatione, q. si testõr legat dotem, si dos est iam minuta, solũ id, φ remanet, est dos. Sed qñ exceptio nõ minuit dotẽ ipso iure, tunc totũ est dos, & exceptio p legatũ tolliĩ: & hoc vult dicere Iurisc. Vlt. opp. & vr, φ ẽt ista exceptio impensarũ necessariarũ tollatur, vt J. eo. l. 3. in prin. & l. Męuio. §. j. sup. de leg. 2. Rñ hic loquiĩ, qñ dos legatur simpliciter, quia tunc non potest deberi nisi quatenus erat dos, sed in contrarijs nõ fuit legata dos simpliciter, sed quicquid occasione dotis peruenit: vnde inspicitur id, quod occasione dotis peruenit: non id, quod erat in præsenti, videbitis, inf. eo. l. dote. & l. 3. in prin.

ADDITIONES.

* Cum dos Cuiac. lib. 7. obseruat. cap. 20. I. M.
a Ale. Debet valere. An, & qñ valeat pactum super dote, & in præiudicium mulieris, siue mariti, vide late Imo. in l. socer. §. Lucius, sol. matr. sequitur in l. pro hæreditarijs, C. de hær. act. vbi dicit, quod si simul omnes pereunt, & vtrum illud pactum locum habeat simpliciter, an si decedat cum liberis ex primo matrimonio, & quid in statuto, uide Pau. de Cast. in l. 2. in prin. sup. sol. matr. Et quid in donatione propter nuptias, an pactum de ea lucranda eodem modo intelligatur, uide Bar. in l. 3. §. j. C. de bonis quæ lib.
b Ale. Debet intelligi. Sed quid si per pactum, uel statutum maritus dẽt lucrari dotem uxore prędecedente, & uxor legauit dotem suam alteri, an possit? Dic, qđ sic. tex. est no. & quod ibi, per glo. in l. cum maritus. §. fi. sup. de pac. dot. Tu uide Bal. in l. pro hereditarijs. de her. ac. * Neuiz. consi. 19. n. 10. I. M.
c Ale. Iure Canonico. Vide Bal. in l. si qua. C. de secun. nup.
d Ale. Et aduerte. Et quando intelligatur relictum dotis deductis expẽsis, uide omnino Bar. in l. Męuio. de leg. 2.

1 *Legatum dotis quando extinguatur.*
2 *Testator legans centum, quæ habet in arca, vel apud se deposita habet, an valeat legatum, si centum non reperiuntur.*

1 Adeo autem. Dotis † legatũ extinguiĩ, si postea dos mulieri recte soluaĩ, uel res dotales interiẽt, vel si ab initio dos pfecte ɔ̃stituta nõ fuit, sicut cũ legatur corpus, φ in rerum nã non est. h. d. Op. φ dos nõ possit solui constante mrimonio. l. 1. C. si ɔ̃stan. ma. dos sol. Sol. intellige, φ hic fuit soluta in casib. pmissis. l. manis. §. manente. ĩ. de iu. dot. & l. quamuis
a sol. mat. Item op. a φ licet extinguaĩ dos, non tñ extinguiĩ legatũ, vt sup. de leg. 2. l. cum filius. §. hæres. gl. nõ soluit: quare Dyn. dicit, φ ibi debitũ non erat extinctũ, sed erat in aliam speciem obl'onis
2 translatum: hic vero oino extinctũ. Idẽ no. ibi, dr hic, φ ille, q legat centum, q̃ in arca hẽt, vel apud se deposita hẽt, si non reperiuntur, non valet. Contra hoc vr casus in l. si non designata. C. de fal. cau. adie. & l. cũ tale. §. falsam. J. de ɔ̃d. & de. In gl. sunt duæ sol. Vna est, φ ibi legauit certã specẽ q̃titatis dotis in genere, vt puta centum, q̃ in dotem habuit, hic vero se retulit ad certum corpus, vt decẽ, q̃ in arca habet. Ideo si non reperiĩ, legatum vitiatur, l. si seruus legatis §. qui quinq; sup. de leg. 1. & est vera sol. Alij, vt Rog. dñt, φ dr in fi. est verum, si probeĩ testatorem errasse: secus si secus. h. c. vt probatur in legib. ɔ̃rijs. Videamus, an ista sol. sit vera. Et vr dicere Rog. eo ipso, φ probatur error, falsa causa vitiat legatum,
b Contra, imo dẽt probare testõrem aliter legaturũ non fuisse, b l. cum tale. §. falsam. inf. de cond. & dem. So. Qñq; cã legandi nõ est obligatoria, tunc illa cã non dr cohęrere legato, nec legatũ vitiaĩ, nisi pbaret testõrẽ aliter legaturũ nõ fuisse, d. §. falsam. Qñq; cã legandi erat obligatoria, tunc talis cã legandi dr inhærere legato, & vitiaĩ legatũ eo ipso, φ error probat, ita loquitur dictum Rog. hic,

ADDITIONES.

a Barb. Item op. Ista glos. est sing. & no. digna. & uide casum no. & sing. in l. fi. C. de do. cau. mor. & quod no. in l. tam is. infra de do. cau. mor.
b Ale. Legaturum non fuisse. Et ista faciunt, Papa concessit rescripta Titio de Bononia, & est de Padua, an ualeat, de quo per Spe. in tit. de rescript. præsenta. §. cõmune autem. uersi. sed quid si dubitetur. facit l. his uerbis. §. fi. de her. insti. & latius per Bar. in l. demonstratio falsa, hic allegata.

hic,& l.1.C.de fal.cau.adie.l.c. Secūdò vr̄,ꝙ Roge.male dixerit in alio: dicit.n.ꝙ qñ lego centum,quę in arca habeo, i dubio videor magis designare certā quantitatē,non corpus certum.Cōtra hoc vr̄ d.l.si seruus.§.quinq;.ff.de leg.i.sed si bene respicias verba Rog. non retulit se ad legatum centum, quæ in arca habeo:sed ad legatum centum,quæ apud me deposita habeo, vt ex verbis eius euidenter apparet,& probatur. Quęro,qñ testator dicit, lego centū, quæ apud me deposita sunt,vtrum i dubio videatur se referre ad quātitatem, vel ad corpus.Iac.de Are.dicit ad corpus, quia de natura depositi est, vt certum corpus tradatur. l. Lucius.ff.deposi.ideo ad corpus se refert.Old.dicit, hic in dubio vr̄ se referre ad quantitatem, nisi designetur locus, vbi sunt,l.Lucius.§.quisquis.sup.de leg.2.quod satis mihi placet. a

ADDITIO.

a Alo.Mihi placet.Facit l.si seruus supra eo.& hoc ibi sequitur Paul.de Cast. in §. si,cum l.seq.

1 *Legatum non vitiatur, si ex tribus demonstrationibus vna sit falsa, aliæ duæ vera.*

Si quis a **vxori.** b No.tex.ibi,nam quicquid demonstratæ,&c. No.totū tex de quo feci magnū festum in d.l.demonstratio.in princ.ff.de cond.& demon. Pone, 1 † aliquis dicit,Lego domino Bar. c Pet.de Saxoferrato legū Doctori.modo est verum, quod sum de Saxoferrato, & legum Doctor,non tamen sum Bar.Petri.Certe si duæ demonstrationes sūt veræ,illa falsa demonstratio non vitiat,vt plenissime dixi in d.l.demonstratio.§.j.de cond.& demon.tene menti.

ADDITIONES.

a Barb.Si quis.Et vide casum sing.l.diuus.ad fi.inf.de fal.quod geminata conditio excusat quem de falso,& vide tex.sing.in l.cum scimus.de agr. & censi. lib.10. vbi geminata confessio validatur.

b Alex.Si quis vxori.Hunc tex.ad vnum alleg.Bar.in l.de ætate.in versicu.nunc ad propositum.de minori.

c Alex.Domino Bar.Vide casum,de quo Bar.facit magnum festum in l.demōstratio.inf.de cond.& dem.& adde quod no.Bart.in l.1.§.fi.infra de appel.in versic. super tertio quæro.

LEX II.

1 *Donatio causa mortis magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati.*
2 *Filiusfamilias quare possit donare causa mortis,& non testari.*
3 *Dos,q̄ debeat eē, vbi sunt onera mr̄imonij, intelligit respū viri,non mulieris.*
4 *Vxor cui fuit per socerum dos legata, an agere possit vigore l.si constante, remissiue.*
5 *Quis quando possit pati se conueniri actione,quæ non est.*
6 *Actio de dote oritur, constante matrimonio.*
7 *Testator legans dotem, videtur ius dotis legare,si quicquid peruenit de dote,videtur legare quantitatem.*
8 *Mulier, quæ agit ad dotem legatam per socerum actione ex testamento, si cautio fuit omissa,potest conueniri actione incerti, vt caueat.*

Si socer. Ista lex ponit multos casus: ideò eā diuido vobis. Primo loquit̄,qñ testator legat dotē nurui, vsque ad § per ꝯtrarium.Secundo,qñ legat dotem viro,vsq; ad §.idē Iulianus quęrit,si dotē.Tertio,qñ legat dotē extraneo, vsq; ad §.idē Iulianus q̄rit,si mulieri dos.Quarto ponit casus cōes ad oīa pcedentia dicta,vsq; ad finē legis. Et quęlibet particula diuidit in alias pticulas,iō gr̄a breuitatis omitto. Not.text.ibi,quippe,&c.Ante oīa expediamus gl.Op.de l.mortis suæ cā.in prin.de do.īter vir.& vx. a gl.soluit aliud in legato,vt hic,aliud in condōne cā mortis,a* ibi.rōnē no.assignat gl. † qa donatio cā mortis magis accedit ꝯctui: 1 sed legatum est mere vltima voluntas, iō ibi nō valet inter vir.& 2 vx.vide gl.quæ incipit,& ideo ꝯ maritū. Ex hoc redditur † rō,quare filiusfa.pōt donare cā mor.& nō testari,vt plene not.in l.tam is §.j.ff.de don.cau.mor.Itē op.glo.de l.sed & si pro dote.§.si nurui.ff.de leg.præst.Sol.glo.non ob.vt patet ex seq.§.illius legis.Quærit glo.qd si filius non hēt cohæredes, & hrēditas patris non est adita, q̄tum ad actionem personalem constat,ꝙ cā non pt intentare, qa nō hēt ꝯ quē intentet.Sed an poterit intentare actionem hypothecariam,vel qualiter sibi subueniet.dicit gl.sibi subueniet ex gn̄ali 3 tate regulę.l.si is.§.j.de iu.do.q̄ gl.sig.Videte regulā, † quę ponit̄ i d.l.si is.§.j.est,ꝙ ibi dēat esse dos,vbi onera mr̄imonij sustinentur, sed regula illa non vr̄ subuenire mulieri,sed marito,q sustinet onera matrimonij,& ita dēt intelligi hæc gl. subuenietur ei.i.marito, 4 referendo se ad rl̄am,ita dicit Iac.de Are. † An āt vxor possit agere ex vigore l.si ꝯstāte.ff.so.ma. Dic,vt ibi plene examinaui in mā 5 de repetentib,dotē,& ibi in 8.q.2.par.prin.allegaui hanc glo. † Pro declaratione induco in ar.hanc l.quia primo vr̄ casus,ꝙ quis non pt pati se ꝯueniri actione,q̄ nō ꝯpetebat,vt hic in prin. Nā video, testōr non pōt grauare hrēdē, vt pa se conueniat actione, q̄ non est. In ꝯtrarium vr̄ casus in l.Iulianus. §.q̄tum aūt.ff. ad exhib. Sol.q̄da ī b est actio,quę semel fuit nata,licet sit extincta, & ista actione bene pt pati quis se cōueniri,& procedit iudiciū,licet appareat actio extincta,Ita loquitur d.§.quantum autem. Si vero actio nūquam c fuit nata,c tunc quis non potest pati se conueniri,& si appareat nō esse natam, iudicium non procedit, vt hic in prin. nisi actio pendente iudicio debeat oriri.l.si Titius. inf.de verbor.oblig.& ibi la6 tius dixi.Secundo scitis,quod quærit glo.d.cum, ꝙ actio de dote oritur constante matrimonio. Alij dicunt tantū sol.mat.vt not. in l.iurisgentium.§.vt puta post diuortiū.sup.de pac.& not.inf.col.pr̄.Hic isi est casus, ꝙ nō orī cōstāte matrimonio, ibi qppe nupta 7 est.Dixi plene in l.si constante.§.j.solut.ma. † Quęro,qd in dubio. Rn̄.in dubio verba testōris sūt īspiciēda,aut legauit dotē simplr̄, & vr̄ legare ius actionis de dote,vt inf.l.proxi.in fi. Aut legauit qd qd peruenit de dote,& vr̄ legare quantitatē.l.Nęuio.§.a me.su.de 8 leg.2.& ff.l proxi.in prin. † Quęro dr̄ hic,ꝙ mulier dēt cauere, qd si cautio ista fuisset omissa? Rn̄.pt mulier conueniri actione incerti,vt caueat, vel repetat qd datū ēst.l.qd si nulla. ff.de leg.j. & l.qui exceptionem.§.si pars.ff.de ꝯd.inde.Tene menti quæ sup.dixi.

ADDITIONES.

a Alex.Cā mortis.Verū do.cau.mor.fit vlt.voluntas,adde Ang.in q.Inc. Alleseni les.Tu collige bona doc.& no.per Bald.in l.1.C.de do.cau.mor.adde tamen casum,in quo magis accedit vltimæ voluntati,q̄ contractui,in l.1.& ibi Bald.C.de sec.nup.& vide et ibi Bal.qui et dicit,qd̄ inquantum ad originem talis donatio exigit contrarium,& olim fiebat per stipulationem, hodie pacto nudo,secūdum gl.in l.cū pater.§.Mæuio.de leg.2.sed inquantum ad effectum,& priuilegiū magis assimiletur relicto. ita loquitur d.l.3.de secun nup.hinc est, ꝙ ex do.cau.mor. transit dn̄ium recta via,sicut de legato,tex.est singul.in l.3.sup.de pub.Item in ea habet locum ius accrescendi,sicut in legato,in l.vnica.in fin.C.de cad.tol. & in tollitur contraria volūtate, sicut legatum,l.vbi ita donatur.inf.de do. cau.mor. sed in hoc differunt,quia legatarius potest repudiare legatū,sed qui semel agnouit donationem cā mor non pt repudiare,vt no.in l.cum pater §.1.de legat.2. & istis adde glo.Insti.de don.§.j.& dicit Bal.in l.hac consultissima. C.qui test. face. poss.ꝙ statutum faciens mentionem de vltima voluntate, non hēt locum in do.cau.mor.secūm Bal.& Imo.in l.j.sup.de test.contrarium vr̄ velle Bal.in l.fi.in vlt. col.de fideic.dixi post Doc.in l.2.sup.de leg.3. Adde,an donatio magis accedat contractui,quam vltimæ voluntati,Bald.consil.191.& consi.162.& 166. vbi an vsurarius possit causa mortis donare.

b Barb.Sol.quædam.Et illum tex.no.hic alleg.quia est sing.& vide casum in l.optimam,C.de contrah.& com.stip.hic vr̄ singu.obstare tex.in l.2. C.de pac.cum fi. pro quo ibi vide Ful.Item contra Bar.videtur casus in l.cū putarem.& ibi Doct. fam.ercis.dixi post Ro.in l.si Titius,ubi Doc.tangunt.de uer.oblig.

c Pom.Si uero actio nūquā fuit nata.Cū Bar.tenet Raph.& Mod.in l.si Titius.hic all.Are.in §.q̄dā,uersi.aduertatis tñ.in fi.Inst.de actio.Alc.consi.136.inc. in cā, & qō.in 1.not.contra tñ Bar.tenet Alex.& Are.in d.l.si Titius,&c.Io.Franc.Ru. Adde,qd̄ contra.tenent Aret.& Alex.in d.l.si Titius.sed eū sequitur Rap.Cu.& Ro.ibi,& Mathesi.sing.8.& Ang.de Are.in §.quædā. Insti.de actio. & ita cōiter tenetur secundum tales in d.l.Titius.ubi respondet motiuis Alex.& Are.

1 *Actio de dote quomodo supersit, quando dos sit soluta viro.*

Per contrarium. Legatū dotis filio exhæredato factum,ipsum actione de dote non obligat:sed si legatū petere volet,hr̄dib.cauere dēt.h.d.Quæro de rōne diuersitatis inter peculiū legatum libero,& dotē legatā marito.Rn̄.actio de dote pcedit ex ꝯctu,& iō licet hr̄des soceri dsierint hr̄e, oblio ex ꝯctu remanet: sed oblio de peculio hēt se instar realis actionis.l.q̄situm.in pri.sup.de pecu.Si ergo desijt hr̄e peculium,desinit teneri illa actione de peculio,sicut in pupillo, q sine sui culpa desijt teneri possidere.l.si a bonæfidei.sup.de rei vendi. Dr̄ hic,ꝙ conuenitur seruus,non hr̄s: Contra,imino hr̄s.l.a. C.an seruus ex suo facto. Tres sol.sunt in glo.Vna est,ꝙ libertus conuenit, sin effectu,sed hr̄s principaliter.Ista sol reprobatur in fi.gl. qa sm̄ hoc non esset dr̄ia inter peculium,& dotem. Sol.gl.secundo modo, & nihil valet. Vltimo soluit, & bene,vt in ea patet.Et rōnem huius so.gl.ponit in l.ꝯria,quia qñ libertas directo dat hæredi,culpa non potuit imputari, qa nullo tpe potuit retinere peculiū, sed qñ per fideicommissum,pōt imputari culpa,qa nō debuit manu 1 mittere, nec peculium dare,donec creditorib.satisfieret. Vltimo dicit hic,ꝙ licet dos sit soluta viro, adhuc actio de dote superest, istud dictum dēs intelligere,qñ matrimonium fuit postea solutū inter vxorem,& virum eius,alias non peteret, vt in princ. huius l. Vel si ponis constante matrimonio,debes exponere, actio de dote.i.spes actionis de dote, alias non procederet.

2 *Debitor si soluat creditori creditoris sui, an extinguatur obligatio.*

Idem Iulianus quærit, si dotem. Opp. ꝙ solutione facta alteri,actio cōpetēs marito perimi n̄ poterat. l.si Stichum.§.fi.ff.de dona.Br̄ ego dico,ꝙ hic soluit̄ alteri, q ab ipso marito dotē repetere posset, sicut si creditori mariti solueret.ꝙ Vel dic ꝙ hic fuit legata dos marito p muliere, vñ merito pt tunc ei solui. † Vlt.a no.ex isto §.ꝙ si debitor soluat creditori sui creditoris, 1 a extinguit obligatio.Cōtrariū no.in l.solutū.§.solutā. ff.de pig.act. Pro hoc est glo.in l.si cum militi.de cōpētat.& in l.si opera.de doli excep.& Instit.quib.mod.tollitur obl.in prin.

ADDITIO.

a Vltimo. Paris.consi.36 nu.18.lib.1. I. M.

1 *Statuto stante, ꝙ massarij cō.s nullam pecuniam possint soluere absque detractione sex denariorum pro libra, si conducti fuerint Doctores pro certo solario absque aliqua deductione, qualiter illis sit consultum, si massarij velint seruare statutum.*

Idem quærit. Hæc est tertia pars. Op.ff.ad l.Fal.l.cum dotē.vbi est tex.in ꝯtrarium. Sol. Falc. non detrahitur respectu finalis effectus, sed ab initio sic,vnde illa sui istam debet intelligi. Quęro, dicitur hic,commoda repræsentationis in hoc legato sic obseruētur,quęro,quid si non fuit dictum, an si dos ipsi mulieri plegaretur,detalcaret ꝯmodum repræsentationis.Quidam dīt,ꝙ non.l.si vsusfructus.§.1.ad l.Fal.& d.l.cum dotē. Contrarium determinat gl.& bn̄ p l.j.§.si qs creditori.ad l. Fal.

1 Fal. Exẽplum ponit gl. Vltimo ista lect est bona ad vnã q̃ōnẽ, quæ
a fuit de facto. Doctores fuerũt a cōducti^b ab isto cōi pro certo sala-
b rio absq; condictione alicuius gabellæ, demũ erat aliud statutũ, q̃ massarij cōis nullã pecuniã pñt soluere, nisi detraxerint sex denarios pro libra: q̃rebat̃, an a Doctorib. debeãt detrahi. determinatũ fuit, q̃ massarij debeant detrahere; sed Doctores p̃ cōc, i eo, q̃ eis detrahetur, habẽt actionẽ. Et hoc probat̃ per hunc tex, licet non fuerit allegatus, & per §. sed & marito. ĩ ea. l. Vnde deuentũ
c fuit, c q̃ illud, q̃ pro gabella deducebatur, iterum soluebat̃ cũ deductione gabellæ, donec gabella ad nihilum deueniebat,

ADDITIONES.

a Barb. Doctores fuerũt. Et vide Bar. in simili in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. nec Imperator potest, si vellet, nisi esset iusta causa. vide quod no. in c. j. de nat. feu. in vsi. feu. & quod no. in l. Cæsar. de pub.

b Fuerunt conducti. Ad de quæstio. quam in simili ponit. Bar. in l. Nesennius. §. fin. in prin. ad l. Falcid.

c Los. Deuentum. fuit. Exemplifica hoc modo, Doctor debet habere cẽtum ducatos in anno, ex quib. massarij detrahent decem pro gabella: demum de mandato communis soluẽt ista decem, & detrahent vnum pro gabella, demum soluẽt vnũ, & detrahent decimam partem illius, tandem vsq; ad nihilum deducetur gabella. no. quia alibi non reperies exemplificatum, & est subtile.

Idem Iulianus quærit, si mulieri. Istud quod in hoc §. dr̃, q̃ mulier, cui legata est dos, nō patitur Falcidiam, ^1 intelligo, q̃ñ soluto matrimonio fuit legata, quia erat sibi debita: secus si adhuc debita non esset. ut ĩ. proximo §.

Sed & marito. Dos legata matrimonio cōstãte patitur Falc. licet illud in fa. ercisc. iudicio deducatur. h. d. Facit ad id: q̃ dixi sup. proxi. §. & in §. item quærit.

1 *Fundus & æstimatio si legatur vni, & eidem, utrunque legatum concurrere potest.*

Mela scribit. Hic est notus §. & sibi nescirem dare cōcordantiã aliq̃, iō tene menti. Quæro hic, utrũ fundus fuerit datus in dotẽ æstimatus, vel inæstimatus? Quidã intelligunt de fundo dato in dotẽ inæstimato, sed hoc nō placet gl. q̃a s̃m hoc nullũ esset legatũ, quia fundus inæstimatus dẽt reddi incontinenti. §. exactio. C. de rei vxo. ac. & sic nullũ cōmodũ cōtineret: licet al̃r no. gl. in l. diuortio. §. interdũ. s̃. solu matr. & ibi reprobaui. Vnde gl. dicit, q̃ fuit datus æstimatus: an sit verũ ĩ. dicã. Sed retẽta illa lec. q̃ro, q̃ est rō huius §. Dicit gl. ne circa eandẽ rẽ ꝯcurrãt duæ cãæ lucratiuæ. & ista rō collĩr ex legib. alle. l seq. gl. fin l. Mæuius. in pri. sup. de leg. 2. & l. planc. § 1. & 2. sup. de leg. j. Sed hoc nō vr̃ aliquid dictũ. Nã q̃ñ fundus dat in dotẽ æstimatus,
a nō est in dote fundus, sed pecunia, a l. quoties. sup. de iure dot. Sed
1 q̃ñ vni, † & eidem legatur fundus, & æstimatio fundi, vtrunq; legatũ pōt ꝯcurrere. l. fundũ, ĩ. de noua. No. p Dy. in c. bona fides. in fi. ext. de re. iu. li. 6. & sic mulier haberet vtrũq;, q̃d puto verissimũ. De hoc est gl. no. in l. Lucius Locusta. in pri. sup. de leg. 3. & ibi dixi me dicturũ hic. Q̃uo ergo r̃ndemus ad hãc legẽ? R̃n. duob. modis. Primo, q̃ dicamus hũc fundũ datũ in dotẽ inæstimatũ, vnde fundus erat ĩ dotẽ, nō q̃titas. Et hoc apparet ex tex. q̃ dicit nō bis, sed semel deberi fundũ, nō dicit æstimationẽ fundi. Si tu dicis, s̃m hoc legatũ nō ualebat, cũ nō h̃ret cōmodũ. R̃n. tali modo, q̃ ualet, q̃a ex pacto fundus non debebat incōtinẽti restitui. Scđo mō r̃n. ẽt sustinẽdo gl., q̃ hic fuit datus æstimatus: tunc est dicendũ, q̃ primũ legatũ fuit factũ expresse cōtemplatione dotis, & p dote: & postea dos fuit legata simpl̃r. vñ cũ ob candẽ cãm sit factũ, nō debẽt nisi semel, l. Lucius. §. impuberem. sup. de leg. 2. & l alimenta. §. basilicæ. de al. & cib. leg. tene menti, quia vtilia sunt.

ADDITIO.

a Ale. Sed pecunia. No. quando relinquitur fundus dotalis, an debeatur æstimatio & fundus. Adde Bar. in l. plane. §. j. de leg. j.

Ibidem Mela. Op. & vr̃, q̃ non tenet̃ stare colono. l. nihil propono. §. fi. s̃. de leg. 1. cum si. Dñt quidã spãle in dote. Dic, ut plene dixi in l. filio. §. fi. sup. so. ma.

LEX III.

1 *Mulier eatenus onere fideicommissi grauari potest, quatenus legatum dotis excedit quantitatem.*
2 *Fideicommisso uniuersali non uenit, q̃ quis extra iudiciũ defũcti pcepit.*
3 *Dotis quantitate legata, uidetur legatum id, in quo dos erat minuta propter impensas.*
4 *Prælegatum factum uxori in dubio nō uidetur factum animo compẽsandi.*

Cum quis. Supra locutus est Iurisc̃ōsultus de prælegato dotis, hic vero loquit̃ d̃ fideicõmisso quo grauatur mulier, cui dos ẽ prælegata: siue leget̃ dos mulieri, siue
1 aliud p ca: eatenus aũt † pōt onere fideicõmissi grauari, quatenus relictum dotis quãntitatem excedit. h. d. s̃m Dy. No. q̃ dixi in sum
2 mario. Scđo nō. q̃ in fideicommisso vl̃i non venit id, q̃d quis ex iudicio defuncti nō perceperit, ut hic in vers. nã & si quis. Dr̃ hic, q̃ fuit p̃legata dos: vnde ur̃ legatũ id, in quo erat minuta dos, pp impensas. Contra, de l. 1 æ ꝯ uer. impensæ, &c. Sol. ibi fuit legata
3 dos simpl̃r, hic vero fuit † legata quantitas, vel fuit dictum, quic-
a quid ad me peruenerit, l. Mæuio. §. a me. de leg. 2. Dicitur hic, ^a ho^c
4 tamen animo, &c. Quæro, † quid in dubio, an uidetur relictum animo compensandi eum vxore? Casus est, q̃ non. nisi exprimatur, in l. vnica. §. sciendum. C. de rei vx. act. & l. creditorem. inf. de leg. a. Facit id, q̃d dixi in l. si cum dotem. §. si pater. sup. sol. mat.

ADDITIO.

a Ale. Dicitur hic. Et facit iste ver. nam & si quis. ad q. Comes concessit. militi. castellaniam cum quarta omnium obuentionum, Quæritur, cum quidam habeant amittere bona, quia offenderũt Comitem, an castellanus de illis bonis debeat habere quartam, per Bal. in ca. 1. de cap. qui cu. ven. refert Old. determinasse. q̃d non, sed si pœnæ descenderent ex delictis inter alios commissis, non in Comitem, bene deberet habere. & ita sequitur Bal. ibi. adde. quod Old. ita determinauit consi. 148.

---

1 *Grauari ultra quam sibi relictum est, quando quis possit.*

Mulier. Si aliquid legatur mulieri animo compẽsandi, & rogatur restituere, quicquid ad eam peruenerit, ñ solum rem principalem, sed ẽt fructus restituet. Iste §. comprehẽditur sub præcedenti summario. & ver. pinde & est no. ideo menti tenẽdus. Op. ad istum finem de l. q̃ his verbis. s̃. de leg. 3. Respõ. gl. hoc est speciale ex ꝯiecturata voluntate defuncti q̃a reliquit p debito, vnde vr̃ voluisse, quod quicquid habuit ultra debitum, restituat cum fructibus, quod tene menti. Op. contra hanc legem,
1 quod quis possit grauari vltra quam est sibi relictum. l. Imperator. §. 1. sup. de leg. 2. Sol. distingue, aut legatur quantitas a legatario quantitatis, aut quantitas a legatario speciei, aut species a legatario quantitatis, vel species a legatario speciei, vt colligitur ex tex. in d. l. Imperator. §. 1.

LEX IIII.

1 *Verbum, amplius, non in ucit repetitionem, nisi reddatur, eo, uel hoc.*
2 *Legans uxori cẽtũ, præter, uel supra, uel ultra dotem, uidetur legare duo.*

1 **Qui ita.** Verbum. amplius, repetionẽ inducit. h. d. Op: † q̃ verbum. amplius, nisi dicatur, hoc amplius, vel eo amplius, nō inducit repetitionẽ. l. si seruus. §. si ita scriptum. s̃. de leg. 1. Duæ sunt opin. in gl. vlt. est uera, & examina, vt dixi in ꝯrio.
2 † Quæro, quid si a testator dicat, lego vxori cẽtum præter dotem, an videat̃ legata dos? Certe sic, l. Seio. §. vxori. s̃. de an. leg. Sed q̃d
b si dixit, lego centum ^b supra dotem, an videatur dos legata? Dicit Iac. de Are. q̃ vr̃ legata dos, q̃a verbũ, sup. includit dotẽ, sicut verbum, amplius, allegat sup. sol. mat. l. diuortio. § quod in anno. ver. item si locatio, & l. si mo. §. pe. loc. & est casus cum gl. ĩ. eo. titu l.
c Sæia. Sed quid si dixit, lego centum vltra dotem, ^c an videatur legare dotem? Dicit Iac. de Are. q̃ sic, l. si ultra. C. de fideiuss. Hoc ponit Iac. de Are. hic, & l. qui bona. §. si quis quia. ĩ. de dam. infec.

ADDITIONES.

a Barb. Quæro, quid si. Et no. de ista dictione, præter, supra, & vltra, si legẽtur decẽ præter fundum, debetur vtrũq;. Quid de dictione, super, vide tex. in c. fi. de ord. co. vbi ponitur pro, de, & notat rei substantiam, c. super literis. de rest. spo. & uide c. solitæ, de maio. & obed. Q̃ñdoq; exponitur pro, præter, in Auth. de nup. §. si autẽ tutelam. col. 4. * Ias. consi. 196. in fi. lib. 2. I. M.

b Pon. Sed quid si dixit, lego centum. Et de istis dictionibus vide Ias. in l. actione. de nansa & in l. si eum, §. iniuriam. ff. si quis cau. Oldr. consil. 49. per Rom. consil. 133. in vlt. colum. Et de dictione, præter, uide tex. in l. si ita legatum. in princ. ff. de leg. 1.

c Vltra dotem, Adde Ang. consi. 393. * Cuiac. li. 8. obserua. c. 30. I. M.

LEX V.

Cum vulgari. Prorogatio dici legatorũ non pertinet ad legatũ dotis. h. d. Op. s̃. de leg. j. l. talis in prin. Sol. Spãle est in legato dotis. Et est rō q̃a legatũ ad dotem
a refertur, alias legatum efficeretur ainutile. Ita dicit gl. & bene.

ADDITIO.

a Ale. Efficeretur. No. ex his uerbis per hunc tex. quod nunquam fit relatio, quando ex relatione actus infirmatur. de quo per Decium consi. 14. ver. confirmatur. volum. 1.

LEX VI.

Dote prælegata. Propter impensas utiles, uel donationes, dos legata nō retinetur, impensæ tamen necessariæ deducuntur. h. d. Op. s̃. de leg. 2. l. Mæuio. §. 1. Glo. non soluit, sed ibi apparet solutio, quia debemus intelligere, quãdo legauit dotem simpliciter, secus si legauit quicquid ad eum peruenit, quia tunc non deduceret impẽsas necessarias, ut ibi dicitur in tex. & uidistis sup. eo. l. 3.

LEX VII.

1 *Legatum alternatiuum in corpore, quod non reperitur in rerum natura, et in pecunia, ualet in pecunia.*

a **Cum scriptum** a Si legatur aliquid pro dote, adiecta certa quãtitate, siue dos fuerit nulla
1 siue minor, tenet legatum. h. d. No. tex. i fi. † q̃ñ legatur corpus, q̃d nō est in rerũ natura, & pecunia alternatiue, ualet legatũ in pecunia. C p. de l. j. §. adeo. sup. eo. Sol. ibi fuit relicta dos, nō adiecta certa quantitate, hic uero fuit expressa certa quantitas.

ADDITIO.

a Cum scriptum. Vide Bal. pro ista l. consi. 211. in l. pater. ver. pone per ordinem. Vide Ale. consi 32. in fi. 4. vol.

LEX VIII.

1 *Promittens indemnitatem, intelligitur promittere de defendendo, & tenetur iudicium suscipere, licet non cogatur. nu. 3.*
2 *Actio de dote, quod sit nata constante matrimonio, licet agi non possit,*
4 *Vxor, quando hæres soceri non est soluendo pro legato dotis eidem facto, potest agere contra maritum, & qua actione.*
5 *Hypothecaria intentata ueniunt etiam nomina debitorum.*

Pater

Pater. Ista l. vr aliquantulũ intricata, sed in ueritate non est. Primo ponit vnũ dictũ vulgare. Scdo, circa illud format septẽ quõnes per ordinẽ. Scda ibi, sed si priusquã. Tertia ibi, qđ si ratũ. Quarta ibi, qđ si totũ. Quinta ibi, sed priusq̃. Sexta ibi, si forte. Septima ibi, quid ergo. Op. p ordinẽ ad quãlibet partẽ, & primo ad primã partẽ. Dr hic, ꝙ hæres dẽt cauere de indẽnitate, Cõtra. immo dẽt cauere, ꝙ hr̃dẽ defendat. non de indẽnitate. l. 2. post prin. s̃ eo. Sol. fateor, † idẽ est dicere de defendendo, & ꝑmittere de indennitate, immo q indẽnitatẽ promittit, cogit suscipere iudiciũ, b vt hac l. in prin. coniuncto uer. & si ratũ. & cõiuncta. l. 2. post prin. s̃ eo. Et hoc sentit Iac. de Are. c Facit ad hoc l. 2. C. de in lit. dan. tut. Facit l. si quid possessor. in prin. s̃ de pe hær. & hoc tene mẽtĩ, qa nõ reperies alibi ita bñ. Ad scdam partẽ op. Dr hic, ꝙ mulier dotẽ recuperauit. Cõtra, mulier cõstãte matrimonio non põt dotẽ recuperare, l. in reb. §. oĩs aũt. de iu. do. Quare Ro. dicit hic, ꝙ matrimoniũ est solutũ: sed istud est diuinare ꝯ mẽtẽ l. nr̃ę, vel dicit Roge. dic, ꝙ vir vergebat ad inopiã. Hãc sol. reprobat in l. si constante. in prin. s̃. sol. mat. Tñ istã sustinui, dic, vt ibi dixi. Alii vt Iac. de Are. dñt, ꝙ hic matrimoniũ vr esse solutũ respectu soceri defuncti, l. cũ hic status. § si socer. s̃. de do. inter vir. & vxo. Sed hoc est ꝯ l. 2. in prin. s̃. eo. ibi, quippe nupta est. Alii, ut Azo, dñt, ꝙ hæc mulier d facto dotẽ recuperauit, q̃ sibi fuit p hr̃des soluta, qa de iure recuperare nõ poterat. Hanc sol. Azo. puto verã, & intelligo, ꝙ vxori fuit soluta in casib. in quib. potuit, l. mutis. §. manente. s̃ de iure dot. & l. q̃uis. sol. mat. Alii, vt Io. dñt, † ꝙ actio de dote cõmittitur mr̃imonio ꝯstãte. l. si ꝯstãte. §. 1. s̃. so. mat. Ad illũ §. gl. intelligit dupr̃, & sic hẽs duas lec. in illo §. quas ibi examinaui. Durũ est oĩno ꝯ stimulũ calcitrare, qa actione de dote cõstãte matrimonio nõ aget, l. 2. post prin. s̃. eo. ibi, quippe nupta est, &c. quare tene lect. Azo. & lec. Rog. intelligẽdo, d ꝙ vergat ad inopiã, quas lec. examinaui plene in l. si ꝯstãte. §. 1. sol. mat. Itẽ op. ꝙ solo facta mulieri nõ dr nocere uiro, l. si Stichũ. §. fi. j. de no. & l. fi. in prin. j. de uerb. ob. Sol. hic nõ soluit prorsus alii persone, sed magis ur solutũ creditori creditoris, ut dictũ fuit in l. 2. §. idẽ Iulianus q̃rit. s̃. e. Venio ad uer. sed si lex Fal. & op. ꝙ nõ dẽt detrahi filio, qa p familiæ erc. actionẽ hoc ꝯsequit, ut debitũ, l. si filia. §. 1. s̃ fa. erc. Ro. dt, ꝙ hic matrimonium erat solutum. Solue uerius, idẽ si ꝯstãte matrimonio, tñ hic agebat actione ex testõ. l. 2. §. idẽ Iulia. s̃. eo. Op. ad uer. ꝙ si ratũ. & nr̃, ꝙ nõ dẽat defendere: immo sufficit, ꝙ p̃stet indemnitatẽ ea forma stiplonis, s̃. ea. l. in pri. Sol. istę stiplones † idem importãt, vt dixi. An aũt possit præcise cogi agere ad defendẽdũ? dic, vt l. sed & hæ. §. præter. s̃. de ꝑc. Veritas tñ est, ꝙ licet ad defendẽdũ teneat, & ad suscipiẽdũ iudiciũ in se, tñ nõ p̃cise cogat. Dic, vt ibi. Venio ad ver. qđ si totã. Dr hic, ꝙ actio iudicati dat ꝯ hæredẽ, in eo, qđ retinuit iure Falcidiæ. Cõtra, immo dat isolidũ, l. si actor. & l. si procurator. s̃. de ꝑcu. Dicit gl. & bene, hic respicit finẽ, qa si solueret insolidũ hæres, reuerteret ꝯ mariũ in ea parte, q̃ fuit sibi soluta. Quærit gl. qd si fuit cautũ? Dicit gl. tũc maritus posset ꝯueniri insolidũ, vel alr̃ si esset cautũ, posset hrs insolidũ conueniri, si fuit p̃ns tpe stiplonis. sed hoc nõ placet gl. per l. si procurator, in fi. de procu. sed Dy. ibi negat dari actionem in dñm ex stiplone interposita p ꝑcuratorẽ. sed ex stiplone iterposita p seipsum ñnegat quo actio det. Alij, vt Iac. de Ra. respondẽt ad q̃õnẽ, ꝙ si esset cautum aĩo nouandi, nõ posset postea ꝯueniri, l. delegare. j. de no. Venio ad ver. sed si prius. e Hic dr, ꝙ q̃ñ ipse vellet agere familiæ erc. non posset incontinenti dotẽ cõsequi. Cõtra, s̃. fa. erc. l. si filia. j. §. j. Gl. dicit, intellige, ꝙ hic matrimoniũ erat solutũ, vel si ꝯstaret, ita qđ vir sustineret onera matrimonij, tũc incõtinẽti dotẽ recuperabit. Quæro, quid ad ꝑpositũ, nõne sol. ma. vir vxorẽ deberet alere intra annũ, vt no. in § exactio. C. de rei vxo. actio. Dñt Doc. intellige, ꝙ hic erat casus, i quo nõ debebat alere: & ideo si aliqđ lucrum erat medij tpis, dẽt esse hr̃dis, sicut qd lucratur ex pacto, l. 2. C. fa. erc. Vide te. credo, ꝙ istę ll. hodie sint correctæ, qa oẽ lucrũ, qđ venit ex dote, vel eius occasione, est aduentitium, & dẽt reddi filię, nõ aũt dẽt esse hæredũ patris, l. 1. C. de bo. quæ lib. Sed de iure antiquo esset distinguendum, aut maritus ab hæredib. patris petit actione ex testõ, & incontinenti põt, vt hic. Aut actione fam. erc. & idem, si matrimoniũ constabat, vt s̃. eo. l. 2. §. idem Iulianus quærit. & l. si filia. §. 1. s̃. fa. erc. Aut matrimonium erat solutum, & tũc aut vir alimẽtabat vxorẽ, s̃m qđ no. i §. exactio. & idẽ, vt hic, & l. 2. §. idem Iulianus. sup. e. Aut eam non alimentabat, & tunc nõ põt incontinenti agere, vt hic in fi. sed hodie secus, vt dixi. Venio ad ver. si forte. dr hic, ꝙ dẽt subuenire hæredi: quæro, qua actione subueniet. Rñ. ꝯdõne incerti, vt in gl. Venio ad ver. qd ergo. Dr. ꝙ † si hæres soceri fierat soluẽdo, põt agere ꝯ mariũ: quæro, qua actione? Tex. hic dicit vtili actione. & satis hoc placet mihi, & hẽt multa remedia. Primo, habẽdo ratũ in subsidium, & ageret actione mãdati, vel negotiorum gestorũ, ar. eius, quod no. sup. e. d. l. 2. §. idẽ Iulianus quærit. Item cum mulier habeat obligata oĩa bona soceri, & socer habeat condictionem incerti ꝯ hæredes soceri, illam condictionem incerti vtilem posset intentare vxor, l. nomẽ. C. quæ res pig. ob. po. Tamen † posset dubitari, quia gl. vr dubitare, an veniant nomina, intentata hypotheca, l. hæredem. C. de hær. act. tamen veritas est, ꝙ veniunt. Posset etiam habere actionem de dote ex equitate huius l. & l. fi. sup. de eo, per quem factum erit.

CONCORDIA.

¶ Pater. Pro concordia aduerte, ꝙ promittens indẽnitatem, etiã si renũciet bene. ficio de fideiussoribus: põt petere prius excuti principalẽ. ita Bar. in l. quæro. ff loc. in l. vnde quærit, p illũ tex. ff. commod. & in l. 1. C. de cõue. fisci debi. lib. 10. p illũ tex. vbi Ale. in addi. ad Bar. q alleg. sibi ꝯriũ in hac l. pt. tu dic saluando Bart. vt per Bal. in l. si pro ea, in 12 q. C. mãd. vbi Bal dicit, ꝙ q̃ñ promittitur p fideiussurẽ excussion, procedit 1. opi. p no. in l. fi. ff. si cer. peta. in l. si stipls. §. si ff. de verb. ob. & d. l. fi. p Bar. in d. l. q̃ro. Si vero reus promittat fideiussori de ꝯseruãdo ipsum indẽnẽ. & tũc ꝑcedat 2. opi. & fuit de mẽte Bar. in p̃dictis locis. vel aliter posset solui s̃m diuersa tpe, vt etiam ex mente Bar. apparet, & ex forma promissionis.

ADDITIONES.

a Pater, Cuiacius lib. 11. obseruat. cap. 19. I.M.
b Ale. Suscipere iudiciũ. Fideiussor indẽnitatis cogitur suscipere iudiciũ, qđ nõ reperies alibi. Alibi dr, qđ talis promittens ẽt iure isto hẽt beneficium excussionis, s̃m Bar. & qđ ibi dixi in l. quæro. s̃. loc. qđ no. vide tñ qđ no. Bar. j. ea. l. An autem promissio ita cõtineat fructus, vel interesse, vide Bal. in l. 2. C. de sent. q̃ sine cer. quanti, nam paria sunt promittere indemnitatem, & promittere defensionem.
* Paris. consi. 72. cir. finem, li. 3. I.M.
c Ale. Iac. de Are. Adde Bal. in l. cum tibi. C. de eui. & de natura fideiussionis est, ꝙ fideiussor seruetur indemnis. Bal. in l. cõstĩonib. C. de vsur. & vide Bal. in rub. C. de verb. sig. in 7. q. & no. quod sicut filius mortuo parte põt accipere dotẽ vxoris suæ, cauendo hæredib. de conseruando eos indemnes, ut hic, istud est verũ ẽt in parte nepotis, si viuo eo data fuit dos. C. de rei uxo. ac. l. unica. §. cumq; ex stipulatu, & ibi Bal. in fi. & l. si filia. §. hoc amplius. ff. fa. erc.
d Alex. Rog. Intelligendo. Et facit iste tex. ad q. si maritus agit ad rem dotalem cõstante matrimonio, & succubuit, an sol. mat. uxori agenti obstet exceptio rei iudicatæ. de quo per Bal. in l. doce. in fi. C. de rei uen.
e Alex. Sed si prius. Ad ista uide glo. & Bar. in l. si maritus. & quod ibi dixi. fa. erc.

LEX IX.

Vir vxori. Licet mãcipia moriantur, æstimõ eorũ certa legata dẽtur. h. d. Op. immo vr, ꝙ mortuis mãcipijs. æstimõ nõ dẽat, l. qđã. §. si tibi. s̃. de leg. 1. Ad idẽ l. Titiæ. §. fi. eo. tit. Sol. hic loquit, q̃ñ legat certa quãtitas pro pretio letur: secus si serui ꝓꝑiũ legaret, quantitate nõ expressa, tit ibi. Et hoc forte voluit dicere Ro. qui dicit certã. Item op. & vr, ꝙ teneantur hr̃des I quantitate non expressa, l. plerunq; & l. res in dotem. s̃. de iu. dotiũ. Sol. intellige, quod decesserunt sine culpa hæredis, seu mariti.

LEX X.

Vxori meæ. Legatum ĩ specieb. æstimatis, & inæstimatis comprehendit res, nõ pretium earundem. h. d. Quæro, quæ ratio fuit dubitandi? Respon. ratio poterat esse, quia illud adiectiuũ, æstimata, refertur ad oĩa præcedẽtia, qđ Iuri. consultus remouet, quia per hoc legatum fundi Corneliani efficeretur inutile. Quæro de vtilitate huius l. respon. vt in gl.

LEX XI.

Si Seiæ. Illud qđ detrahit a collegatario mulieris Falcidiæ noĩe, accrescit mulieri: h. d. No. ex hac l. si vni legat fundus simpr̃, alij vero aĩo cõpẽsandi cũ debito, nihilominus faciunt sibi partes p cõcursum. Scdo no. ꝙ in eo, qđ detrahitur per Falcidiam, non faciunt sibi partes per concursum. Tene menti.

LEX XII.

1 *Adhibitus ad stipulandum dotem, non videtur adhibitus animo donandi.*
1 Mela. Adiectiuũ † ſignificatiuũ ætatis,adiectum p̃ſonæ legatarij,nõ reſtringit legatũ.Itẽ alimẽta relicta ſimplr̃ debenĩ in vita. Itẽ alimẽtorũ fauore pubertas in maſculis intelligiĩ vſq; ad 18.annũ,in fœminis vſq; ad 14.ann.h.d. No.tex.ibi, aut ſi ñ apparet,&c.Itẽ no.ꝙ puer, & puella intelligiĩ,donec durat pubertas.Op.ad pri.ext.gl.& vr̃,† ꝙ adiectiuũ ſignificatiuũ p̃ſonæ reſtringit ẽt,vt nõ porrigaĩ ad aľs p̃ſonas,q̃ quæ ſint eiuſdẽ ætatis,l. ñ aľt §.fi.ſ̃ de leg.3.Sol. Hic illud adiectiuũ adiiciĩ certæ p̃ſonæ, qa dr̃, Titiæ puellæ,vñ cã demõſtrationis magis, q̃ reſtrictionis vr̃ appoſitũ,ſed ibi poniĩ adiectiuũ ſimplr̃,& ĩdefinite tm̃, vñ dẽt referri ad aľs p̃ſonas,qb.ↄuenit illa ætas.Itẽ dr̃ hic, † ꝙ alimẽta debenĩ in vita tm̃.Contra.ſ̃.eo.l.2.Sol.ibi fuit legatus fundus ad alimẽta,& ſic,p̃prietas:hic vero ſimplr̃ alimẽta,& ſic eũ vita finiunĩ. Siľe in l.cum hi.§.modos.ver ↄſtat.ſ̃.de tráſa.& ĵ.ad l.fal l.hr̃ditatũ. Tertio opp.† dr̃ hic,ꝙ pubertas durat in alimentis vſq; ad 18.ann.aľs ↄ.Cõtra iſtud opp.de l.arrogato.§.non tm̃.ſ̃.de adop.Sol.ibi eodẽ mõ,quo hic accipiĩ,vt ibi no. Vltimo,a † qa hic poniĩ vnũ ſp̃ãle fauore alimentorum, quæro de aliis,quot ſpãlia hẽt? Rñ. habet fauorẽ,primo,qa ex minus vtili voluntate debenĩ cũ triennii p̃ſtatione,l.1.C.de fideicõ.Itẽ qa p̃hi relinq non capacib.vt ſup.eo.l.is cui.& l.ſeruos.ĵ.eo.Item p clam gñalẽ,q̃ minuit legata,legatũ alimentorũ non minuiĩ,vt ĵ.e.l.libertis.§. poſthumis. Itẽ ꝙ relictũ noiatim intelligiĩ repetitũ a ſubſtituto,vt ſ̃.eo.l.4.§.Lucius.Item hẽt priuilegium in mõ exigẽdi.qa executor hẽt actionẽ, vt ſ. eo. l.alio.Item breuiores danĩ dilationes.l.2.de re.ind.itẽ nõ admittitur applo,b l.fi.ĵ.de app.recip.Item qñq; nõ admittiĩ cõpẽſatio,l.2.C.de cõpenſ.itẽ hẽt priuilegiũ in modo durandi. Nam pubertas intelligiĩ longiori,tpe,vt hic.Item non põt pacto ↄheutium,ſine authoritate iudicis remitti.l.cum hi,per totam l. ſ̃. de tranſa. Item poteſt agi pro his tpe feriato.l.2.ſ̃.de fer. Poſſunt & alia ſpecialia c reperiri,quod laborioſum eſſet potius,quam ſubtile,ut,dixit gl.in ſimili in l.1.ſ̃.ſol.mat.

ADDITIONES.

a Pomp.Vltimo.Limitat Spe.Iſtam cau.per Fran.Nig.in l.de alimentis.C.de tranſ & Are.conſi 97.in ult.col.ut procedant in futuris alimentis,ſecus in p̃teritis.

* Adiectiuum.Cephal.conſi.67.Nat.conſi.476. I.M.

b Ale. Appellatio.No.qđ a ſnia lata ad pias cãs,nõ licet appellare,qđ alibi nõ habes cõtra quod facit,qa non reperiĩ expreſſe prohibitum l.& in maior ẽ. C. de appel.ext.eo.c.de appellationibus.Item facit contra.l.ſi ſeruus qué, inf.delib.cau.& inf.quando app.ſit.l.2.§.ſi is.Item.no.glo.de dec.c.tua..Spec.in titu.de app.§.in quibus,uer.qualiter,ideo Bar.hoc intelligit ſtricte in alimẽtis tm̃,intelligas,quæ dilatioẽ non recipiunt,per l.quam alle ipſe.& Adde Bar.ſup.eo.in l.ſolent.ſed idẽ Bar.uĩ contrariũ uelle in ſuo tract.de alı.circa ſi. quod in relictis ad pias cauſas non liceat appellare,uĩ tenere Bal.in rep.l.1.C.de ſacroſ.eccl. dũ alle.l.ſi.C.de app.re.

c Ale. Alia ſpecialia.Item no.aliud,quia legatum incertum ualet fauore alimentorum,ut in l.ſi cui annuam,de ann.leg.& in eo.l.cum alimenta,

1 *Solitus in una vice verificatur. Consuetudo in bino actu.*
2 *Verbum præsentis,vel præteriti temporis porrigitur ad tempus præsentis.*

1 Sed ſi alimenta. a Illud dr̃ quem ſolitum eſſe facere quod vltima vice facit.h.d.† Habes ꝙ dictio,ſolitus,verificaĩ in una vice. Aliud ergo eſt dicere ita ſolitum fieri:aliud ita facere ↄſueuit. qa cõſuetudo requirit binum 2 actũ.No.ꝙ †.verbum p̃ñtis, vel p̃teriti tpis porrigitur ad tp̃s p̃ñs. Contra quod opp.& dr̃,ꝙ porrigaĩ ad futurum,p l.ſi ita. ĵ.tit.1.l.Aurelius.§.teſtamẽto.ĵ.de lib.leg.Glo.ſol.hic,& dicit,ꝙ hæc variatio teſtõris ↄtingit circa idem, quod relinquitur in p̃ñis contingit circa diuerſa,Vide glo.quæ incip: ſic habetur. C. ne de ſta.defun.& e.ibi ſol.ſecundum Roff. Item oppo. de l. nomen.§.falſo.ſup.de leg.3.Sol.ut ibi uidebitis.

ADDITIO.

a Ale.Sed ſi alimẽta.Vide Bar.in l.j.C.quo,et qñ iu. et facit ad iſtũ tex. et qđ no. Bar.in auth.quibuſcunq; modis,de ſacroſ.eccl. ad ſi. et uide qđ p iſtum tex.dicit nõ.Bal.in l.binos.C.de aduo.diu.ind.vbi oĩnõ vide,qđ hĩ in fin. in c. ex parte.de cenſi.& qđ per iſtum tex.dicit no.Bal.in l.ſi filiam.C.de inoff.teſt. Et ultra,adde tex.& ibi Bal.in l.ſi mater.C.ne de ſta.defun.& vide Bart. in l.ſi ita.inf.de au.& arg.leg.Et ad iſtum tex.adde Bar.in l.Seio.§.j.de ann.lega.& de verbo ſolet,adde tex.& ibi Bar.in l.qui ſaltum,ſup.de leg.3.

1 *Aquam qui relinquit,videtur pretium aquæ relinquere, & non continet ſeruitutem,ſed debitum perſonale.*
2 *Ius aquæ ducẽdæ ſi relinquatur habẽti p̃diũ uicinũ, ut cum p̃ſona finiatur, dicitur ſeruitus realis,quæ tamẽ per exceptionem finitur cum perſona.*
3 *Ius aquæ ducẽdæ ſi relinquitur non habẽti prædium vicinum,non eſt ſeruitus Adde ad hoc,& vide Ale.de Imo.in conſi 18.col.1.in 5.uol.*

1 Quidam. † Qui reliqt aquã,vr̃ relinquere p̃tiũ aquę,& tale legatũ non ↄtinet ſeruitutem, ſed debitũ p̃ſonale.h.d.Primo ponit dictũ.Secũdo obiectionem.Tertio rñſionẽ.Secũda ibi,nec videri.Tertia ibi,hęc.n. No.tex.ibi,dicebã,&c. Et feci ipſum notati ſ̃.eo.l.1.& ibi relinquiĩ,ut ſit quoddã debitũ p̃ſonale,nõ aũt ſeruitus,& ſic iñdeĩ obiectioni ſ̃.factæ. Opp. ꝙ ñ debeaĩ æſtimatio,ſed ipſa ſp̃ẽs.l.cũ hi. §. ſi cui non numus.ſup.de tranſac.& l.1.& l.nulli.C.de ero.mi.an lib.12. Solu. ut dixi ſup.l.1. a Quæro,a qñ relinquiĩ † alicui ius aquæ ducendæ,qui hẽt viciniũ p̃ 2 diũ,& relinquiĩ,vt non finiaĩ cum perſona,non eſt dubiũ,quod tranſit cum p̃dio:ſed ſi relinquit hñti prædium vicinum, ut finiaĩ cum p̃ſona,eſt dubium,an ſit ſeruitus p̃ſonalis. Azo,:& Io. dicũt ꝙ eſt ſeruitus realis,quæ tñ per excep.finiĩ cum p̃ſona, perempta p̃ſona.ita no.hic.& l.vt pomũ,ſup.de ſer. & l pecoris. de ſer.ruſt.p̃d.& l.ſi is,qui binas,ſ̃.de vſufr.probaĩ in l.4.ſup. de ſer. Sed poſi3 to † ꝙ relinquaĩ ei,qui non hẽt vicinũ prædium,an ſit ſeruitus,vĩ non vtilitas eſt,qa ſi eſt ſeruitus, habeo ↄfeſſoriã ↄ quemcũque poſſeſſorem,ſi non eſt ſeruitus,poſſum agere tm̃ ↄ illũ, qui conceſſit,non ↄ alium.Ro.hic,& in l.ut pomum.ſup.de ſerui.dicit,ꝙ eſt ſeruitus.Gl.tenet ↄrium,& Pet.vt Cy.refert,C.de vſufr.ſuper rub.tenet opin.Ro.per hanc l.Ego teneo gl.ꝙ non ſit ſeruitus,& non poſſit agi,niſi ↄ ↄcedentem,nõ ↄ tertium. Pro hoc facit tex. in l.Caius,ſup.de ann.leg.& in l.fi.ſup.de ↄhẽ.emp. & hoc voluit dicere iuriſcon.hic,ibi dum dicit,hæc enim &c.q.d.non eſt ſeruitus,ſed quoddam ius debitum perſonæ.

CONCORDIA.

¶ Cum prædio. Poſſunt ↄcordari opi ut per Imo.in l. apud Iulianum.§.ſi quis alicui,poſt gl.ſ̃.de leg.1.& per Bald.in d.rub.

ADDITIO.

a Ale.Quæro quando.Adde Bal.in c.j.in ſi.prin.de feu.Mar.vbi omnino uide.

* Gomes.§.æque.nu.3.5.Inſti.de act.Pariſ.conſi.84.nu.5.lib.3. I.M.

LEX XV.

1 *Mulier poteſt eſſe executrix in teſtamento.*
2 *Mulier relicta executrix in teſtamenta per virum, non deſinit eſſe executrix,ſi tranſit ad ſecunda vota.*
3 *Religioſus cum auctoritate ſuperioris,poteſt eſſe executor teſtamenti. Frater minor ordinis S.Franciſci non poteſt eſſe executor in teſtamento.*
4 *Executor in teſtamento cogitur ad acceptandum officium, poſtquam agnouit legatum eidem in teſtamento factum.*
Adde Ale.& ibi concor.in conſi.4.col.7.uerſi.ſi autem dixerit,in 2.uo.
5 *Officium executoris non tranſit ad hæredes,niſi ſit dictum,*
6 *Officium executoris,an tranſeat ad ſucceſſorem in prælatura.*

A filio. Mulier põt eſſe executrix ĩ teſtõ,& cogitur illud officium acceptare,ſi agnouit legatum a defuncto ſibi relictũ. Item hoc offiñ ſi hẽt onus burſale annexum, tranſit ad 1 hr̃des.h.d. No.ꝙ † mulier executrix põt eſſe a in teſtõ. Idem eſt in l. a filio.§.matri.ĵ.de adi.leg.idẽ tenet Spe.in tit.de inſtru. edi.§.nunc 2 vero aliqua.ver.qd de muliere.dixi in l.fœminæ.ĵ.de re.iu. † Quæro, maritus facit vxorem executricẽ ſui teſtĩ, illa poſtea tranſiuit ad ſcđa vota,an offm̃ executionis finiaĩ? Vr̃,ꝙ ſic, ſicut tutela,l.plerunq;.ſup.de tut.Cõtrariũ puto verũ p l.cũ pr̃.§.hr̃ditatẽ ſup.de le.ↄiuncta l.ſi arrogati.ſ̃.de tut.vbi tutela finitur deportatione: ſecus 3 in offõ executionis,uel electionis,d.§.hr̃ditatem.† Quæro,an reli- b gioſus b poſſit eſſe executor teſtamẽti? De hoc eſt caſus in c. fi.ext. de teſta.lib.6.vbi dr̃,ꝙ ſic,cum ſuperioris licẽtia. Quod intellige ĩ aliis religioſis,quam in fratrib. minorib.nam illi non poſſunt eſſe executores,vt in c.exiui de paradiſo,ext.de uer.ſi.in cle.Item no ꝙ 4 quis cogitur aſſumere officium executoris,poſtquam agnouit le- 5 gatum ſibi relictum.ſimile in arbitrio, l. 3. §. 1.ſup.de arb.† Quæro,

ADDITIONES.

a Ale.Põt eſſe.mulier põt eſſe.executrix,& per tranſitum ad ſecunda uota nõ finiĩ executoris officiũ,& de multis,vide Bal.in l.id,quod pauperib. C. de epiſ.& cle. & Spe.& Io.An.in ti.de inſt.edi.§.nunc uero aliqua.vbi ponit de multis alijs p̃ſonis,& adde Bal.in auth.iſdem,in ſi.C.de ſec.nup.Adde, an mulier poſſit eſſe executrix,Pet.de Anch.conſi.203.

b Ale.Religioſus.An religioſus poſſit eſſe executor, & adde tex.in cle. 1.de teſt.& hĩ in ſpe.in ti.de inſtru.edi.§.nunc vero aliqua,ver.ſæpe quæritur.fallit in fratre minore,quod intellige,vt no.per Bar.in l.quidam. ĵ. de re iud. & melius in l.pater.de adi.leg.& in tract.Mino.& Bal.etiam in auth.ingreſſi, in vlt. col. & in d.l.id quod pauperib.& Bar.in l.cum pr̃.§.hæreditatẽ, de leg. 1.ubi oĩno uide Pet.de Anch.in cle.exiui.tenet opi.Bal.& Bar.hic,& in d. tract. Min. Et an executor incertus poſſit dari,uide Bar.in d.l.quidam.de reb.dub. Sed quid ſi religioſus fuit creatus,alias datus,& executus abſq; conſenſu ſuperioris,an geſta, &c.uide Fed.in conſ.iuris,& Ro.in no. 266. Adde, an prior conuentualis poſſit eſſe executor, Pau.de Ca.conſi.148.

to, vtrum offm̃ executionis trãseat ad hr̃des? Dy. tangit in l. prox. i
a prin. Mihi vr̃, q̃ melius cadat hic, & vr̃, q̃ ad hr̃dẽ transeat. a Pro
quo vr̃ tex. hic, & ĩ. l. prox. in prin. sed illa nihil facit, qa ibi illa erat
legataria, non executrix. Itẽ pro hoc s̃. eo. l. cũ vnus. in prin. sed il-
la non facit, qa ibi erat legatarius, nõ executor. sed solũ hæc lex fa
cit. In ɔ̃triũ vr̃ tex. cũ gl. antep. sup. de tut. Dy. dr̃, q̃ non transit ad
hr̃des, nisi iure cuiusdã obl̃onis ita loquit̃ hic: quod tenent Ia. de
Are & Spe. in tit. de instr. edi. §. nũc vero aliqua. versi. quid de mu
liere, & ver. seq. & Ia. de Bel. i Auct. de ecc. ti. §. si quis autẽ. sed gl.
in d. c. fi. de test. lib. 6. dicit, q̃ ad hr̃des nõ trãsit, nisi sit dictũ, sicut
dicimus in arbitrio, l. dic̃. § 1 s̃. de arb. & in mandato, qd̃ morte fi
nitur, & similib & sic intelligo, & bñ dñt Doc. qa qd̃ Dyn. dicit, q̃
transit ad hr̃des iure cuiusdã obl̃onis, est uerum, qñ obl̃o, qua te-
nebatur defunctus, ɔtinebat onus bursale, nõ autẽ p̃sonale, & ita
loquitur hic Sed si esset onus p̃sonale tm̃, nõ transiret. d. l. antep. s̃.
6 de tut. pro hoc est tex. in l. cui bonis. sup. de cur. fur. † Quæro, an
istud offm̃ transeat ad successorem p̃lati? Hoc tãgit Spe. i d. § nũc
uero aliqua, in d. versi qd de muliere, & dicit, aut fuit expressum
proprium nomen, aut appellatiuum, quod dic, ut ibi per eũ. Quæ
tñ distinctio vr̃ ɔ̃dicere his, quæ consueui dicere in l. qui liberis. §.
hæc uerba: de uulg. & pup. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. Ad hæredem transeat. An officium executoris transeat ad hr̃des, hi p Bald. in d. l. id, quod pauperibus, p Bar. in consi. incip. factum tale est, proponit̃, Titius fecit testm̃, et Bar. in l. antep. de tut. Et quid si vnus ex pluribus decessit. vide Bar. in l. cũ magistratus, qñ pro. An tñ istud officium transeat ad successorẽ in dignitatẽ, Bar. et Doct. quod sic, in l. qui liberis, §. hæc verba, de vulg. et pup. et hic adde Bal. in l. fi. §. sed et si quis. cõtra de leg. l. fi. C. de hær. insti. et adde Ang. et Imo. in l. cum quis sibi. de uer. ob. vtrum aũt illud officiũ cõferat̃ i inuitum, vide Bar. in l. si qs i mo, de leg. 2. et ad Bar. hic adde eum. ins. de his, quibus vt ind. l. post legatum. §. amittere. Et utrum possit committi vni p socios, uide Bar. in l. in venditione. de bo. auct. iud. poss. Adde, an officium executoris transeat ad hæredẽ, Bar. in consi. 169. li. 2. et eo. consi. 59.

1 *Relatiuum, quis, uel qui, limitat suum antecedes in quãtitate, & in tẽpore.*

1 **Testator.** Relatiuum, † quis, vel qui, limitat suum antecedẽs non solum in quantitate, sed etiam in tẽpore. h. d. No. tex. ibi, in ministerium vrbanum. id est propter negotia domini urbana, non tamen ad hoc vt alerent se suis operibus. ut ĩ. eo. l. testamento.

1 *Relatiuum, quis, uel qui, limitat suum antecedens, ad quod refertur nõ alia.*

a 1 **Titia** a Relatiuũ, † qs vel qui limitat suum antecedens, ad qd̃ refert̃, non alia. h. d. Opp. dr̃, q̃ relatiuũ, quod sequitur, non restringit præcedẽtia. Cõtra, de l. ita qd̃. §. fi. s̃. de pec. leg. & l. ɔ̃situm. §. 1. s̃. de leg. 2. & l. hr̃s. §. vxori. eo. tit. Sol. Relatiuũ restringit antecedens, ad qd refertur, non alia, & sic non obstat ɔ̃triũ. Cõtra hoc vr̃, q̃ restringat aliud, d. l. hr̃s. §. vxori. & l. nam quod, §. fi. s̃. de pe. leg. Sol. Veritas est, q̃ nõ restringit aliud, vt hic: sed in legib. ɔ̃riis totum erat simũ antecedens. Et si dicat̃, qñ relatiuũ numeri singularis, & gñis neutri, refert̃ ad id, qd̃ est numeri pluralis, & generis fœminini, uel qñ refert̃ ad plura, dicã ĩ. ti. 1. l. Plautius, ubi Iurisc. tangit hæc Op. & vr̃, q̃ relatiuum, qs, uel qui, nõ restringat, sed augeat, l. ea tñ adiectio. s̃. de le. 3. Sol. ibi ponit cum copula, hic sine copula, & sic nõ obst. No. tex. ibi, sicut rõnib. & c. ad id, quod dicam ĩ. l. proxi. §. j.

ADDITIO.

a Ale. Titia. Hunc tex. ad hoc alle. Bar. in l. Centurio, de vulg. & pup.

LEX XVI.

1 *Legata relicta ab hærede, debentur ab hærede hæredis.*
2 *Officium executoris quando est legatarius, transit ad hæredes.*
3 *Voluntas defuncti quando de ea dubitatur, potest ex scriptura probari.*
4 *Nepos uenit appellatione filiorum, quãdo testator nepotẽ tractabat ut filiũ.*

1 **Alimenta.** † Legata relicta ab hr̃de debent̃ ab hr̃de hr̃dis. Item ap p̃one libertorũ hr̃dis, libertus liberti ɔtinet̃, quem testator tractabat vt suũ. h. d. Facit istud princ.
2 ad id s̃m Dy. † q̃ officiũ executoris trãseat ad hr̃dẽ, sed hic erat legatarius, ut ĩ. l. prox. dixi. Itẽ dr̃ hic, q̃ libertus liberti admittit̃ ad fideicommissum. Cõtra, qa fideicommissum fuit relictum libertis manumissis ab eo in testõ, uel codicillis: sed ibi nõ fuit manumissus. So. admittit̃ i distincte ad fideicommissum fundorum relictũ libertis. † No. a q̃ cñ dubitat̃ de volũtate defuncti, p̃t ex sua scri
3 a ptura p̃bari, vt hic, dum dt. literis suis, & c & in l. Nesennius. s̃. d̃ neg. gest. & s̃. l. pxi. in fi. ibi. rõnib. & c. gl. est in l. qui ɔcubinã. §. 2 s̃. de le.
4 3. No. q̃ † illud, qd̃ dr̃. q̃ ap p̃one filiorum b non ɔtineatur nepos,
b est uerum. nisi esset nepos, quem testõr consueuerat nominare, & tractare vt filium, sicut dicimus in liberto liberti.

ADDITIONES.

a Nota. Dec. consi. 414. Ruy n. consi. 93. nu. 6. lib. 2. I. M.
b Ale. Filiorum. Nepos appellatione filij continetur, & illud dictum sequitur etiam Ro. in §. de uiro, in 23. alias 36. fallen. dicens hoc esse sing. dictum. Adde no. per Iac. de Are. & alios in l. si pater. C. de hær. inst.

Basilicæ. In legato nõ reiterabili dispositio gñalis non refertur ad ea, qb. spãliter est prouisum. h. d. Op. de l. Titia. § q Marco. s̃. de an. leg. vbi admittit̃ ad vtrunque. Sol. Pet. ibi loquitur in legato reiterabili, hic loquit̃ in legato alimentorum, qd̃ nõ est reiterabile. Istam q. ponit Cyn. in l. cũ q. C. de leg. vbi soluit
a s̃m Dy. a q̃ ibi loquitur, qñ legatũ respicit diuersas cãs, hic qñ vnam, & eadẽ, vt hic, & in c. gñi. ext. de reg. iu. li. 6. Itẽ opp. ĩ. eo. l. libertis. vbi per gñalem clausulam receditur a speciali. Sol. vt ibi dicam.

Qui societatem. Ap p̃one libertorũ suorũ ɔtinẽt̃ cões liberti, p ea parte, quã quis habebit in eis, h. d. Concordat l. si quis seruos. sup. de leg. 3.

ADDITIO.

a Dyn. Declarat idem Bar. in tract. de aliment. nu. 18. Florian. in l. horum. nu. 5. ff. si serui. ven. ãi. Ale. respo. 634. Rip. l. re coniuncti. nu. 147. de leg. 3. scripsi consi. 23. in 2. dubio. nu. 66. I. M.

LEX XVII.

1 *Legatum factum seruo pro alimentis valet.*
2 *Fratribus minoribus singularibus pro alimentis relinqui potest.*
3 *Religiosus, cui sunt relicta alimẽta, quando nõ est adstrictus alicui monasterio per se agit alimẽta, sed quando est adstrictus monasterio, monasterium agit.*
4 *Monasterio nondum constructo relinqui potest, & ecclesia construenda potest hæres institui.*
Officium iudicis pro alimentis imploratur
Adde Are. in c. 1. col. pen. de proba.

a **Seruos.** a Seruis proprius põt relinqui legatũ in cã alimẽtorum. Item p̃t relinqui templo, q̃ nõ est, sed esse sperat̃.
1 No. † q̃ serui licet alias sint incapaces, tñ in cã alimentorũ ad
2 mittunt̃ allegatur simile in l. 15, cau. s̃. eod. † Item per istam l. dicimus, q̃ licet alias fratrib. minorib. non possit relinqui, tñ in cã alimentorũ, & p necessariis suis põt relinq vt hic. & intelligo de fratribus singularib. quia cõmũiter põt relinqui, ut in c. exiui. de Paradiso, in cle. de verb. sig. Idẽ dico in quolibet religioso. Et dico, qd̃
b alius religiosus ipsemet poterit b iudicis offm̃ implorare, p istã l.
3 cum sim. Item † alii religiosi, quã fratres Minores p̃nt cõstituere pcuratorẽ, & tñ non p̃nt agere p se, l. seruũ quoq;, in prin. ff. de pc. & l. Diuus. §. fi. & ibi no. sup. qui p tuto. & i c. ex parte. ext. de resti. spol. sed forte religiosus, cui relinquunt̃ alimẽta, non p̃t ipse petere, sed monasteriũ, l. filio, ĩ. de ɔd. & dem. Sed si esset religiosus si astrictus alicui monasterio, sed obligatus religioni in gñe vel templo nõdum ɔstructo, tũc ipsemet põt petere, p istam l. & similes,
4 † Quæro, an possit relinqui tẽplo non cõstructo, & hic vr̃, q̃ sic. In
c ɔ̃triũ vr̃ casus in c. Abbate. ext. de re ind. lib. 6. ubi templo, quod non est, non potest donari: sed legatum est donatio, ergo, & c. Itẽ
d vr̃ tex. in c. pen. ext. de eccl. ædifi. Sol. Dico, d q̃ põt legari templo nondum cõstructo, vt hic, & l. seruos. ĩ. de li cau. Pro hoc l. si seruitus, §. futuros. s̃. de seru. vrb præd. Ad ɔ̃tria tñ dico, qd non potest donari cõcedo, quia donatio est ɔctus, qui ɔctus requirit personam veram, vel fictam, cum qua cõtrahatur. Vnde si fieret donatio alii, qui promitteret restituere templo ædificando. nihil repugnat: sed hic loquitur in legato, quod non requirit p̃sonã, cũ qua quis loquatur. Non ob. c. ad audiẽtiam, ext. de eccl. ædi. qa fateor q̃ non põt ɔcedi priuilegium ecclesiæ, quæ non est, ut statim sit bñficium, sed bñ põt ɔcedi, vt incipiat habere vires, cum incipiat esse capax, & ita vr̃ dicere ibi glo. Per hoc dico, q̃ ecclesia ɔstruẽda potest institui heres, sicut posthumus alienus, l. Gallus. §. ille casus. sup. de lib. & posth.

ADDITIONES.

a Roma. Seruos. Vide quid per istum tex. interas. Raph. Cum. consi. 30. & vide Pau. consi. 32. in vlt. col. & consi. 36. eo. vol. & per Ale. in l. j. de leg. 1. & ibi Arc. ver. et gl. & Card. consi. 66.
Barb. Et vide Ang. no. allegantem hanc legem in repe. l. eam, quam, C. de fideic.
b Ipsemet poterit. Et vide Bar. in l. legatum, s̃. de cap. dimi. & in l. 1. de leg. 1. & in tract. Minoricarum, & Bal. in auth. ingressi, de sacros. eccl. Et qd de vsufructu, & de annuo reddit. vide quod refert Barto. in l. priuilegia. de sacros. ecc. & qd no. Bar. in l. ciuitatib. de leg. 1. & adde Bar. in l. Lucius, §. tres hæredes. ad Treb. & vide Pet. de Anch. & Io. de Lig. in cle. exiui. de verb. sign. & vide & Bal. & Imo. i l. seruo alieno. de leg. 1. in prin. & Ang. & Mod. in l. si Stichũ, §. stipulatio. de ver. ob. Adde, an legatũ alimẽtorum cadat in seruũ, Fed. consi. 41. Et an legatum annuũ pro emendis libris factum fratri [illegible] minori valeat, uide Abb. consi. 63. 2. lib.
c Ale. Non cõstructo. Et idem consulit Bar. in cõs. incipi. testator in suo testõ, ubi adde casum in Auth. de eccl. ti. §. si quis in noie, & §. si qs in vnum. Et vide Bened. de Plumb. in l. seruos. de lib. cau. Adde, quod legari possit hospitali construendo, Ang. consi. 130. & seq. Et Cardan consi. 1. vbi sequitur Bar. hic.
d Ale. Sol. dico. Add̃ tñ, q̃ si relinquitur ecclesiis ciuitatis, non extẽditur ad ecclesias postea constructas, arg. l. qui filiabus. in prin. & ibi hoc. no. Bar. de leg. 1. bene facit Cle. literas, de rescr.

LEX XVIIII.

1 *Clausulam quando per generalem receditur a speciali*

a **Libertis, quos.** a Per clãm gñalem appositam in vltima volũtate circa idem, vr̃ recessum a spãli. h. d. Opp q̃ admittatur ad vtrũq; l. Titia. § Marco. sup. de annu. le. Dic, ut dixi sup. e. l. alimenta. §. basilicæ. † Opp. q̃ p gñalẽ clãm non recedatur a speciali, imo ipsam comprehendat. d. § basilicæ Sol: Iac. de Are. hoc ideo, qa usus est uerbo vniuersali, qa dicit, omnibus, in ɔ̃trio fuit vsus verbo indefinito, tñ ista solu. ur contra l. Stichus. ĩ. eo. Vñ Dyn. soluit, q̃ hic clausula gñalis ap p̃onitur

ADDITIO.

a Barb. Libertis, quos. Et pro isto tex. Vide Bar. in l. Lucius. de leg. 2. & ibi Dy. & Ioã. de Imo. plenius in l. si inter. [illegible] de leg. 1. & in c. filius. de test. & ibi Pet. de Anch. & Bal. in l. fi. [illegible] de leg. & [illegible] quæ dixi in d. cap. filius. Adde quod no. Bar. in l. talis scriptura, [illegible] de leg. [illegible] vulgari, de do. prælo.

nitur in diuersis voluntatib. in eadem. Idem dicit Dy in c.gñi.ext. de regu.iu.lib.6.& in d.l.doli clausula.ℽ.de uerb ob. Item ad hanc sol.opp.de l. Stichus,ver.item alimenta.ℽ.co.Sol.ibi loqtur qñ in eadem volũtate apposuit clausulam gñalem, & spãlem respectu diuersarum,psonarum, hic respectu earundem. Et distingue,qñ apponitur clausula gñalis,& spãlis respectu eiusdem causæ. Si qdem in diuersis voluntatib. p secundam recedit a prima,vt hic: si in eadem,& tunc aut si in eadem clausula grauat eadem psona:& tunc clausula gñalis non refert ad specificata,d.§.basilicæ. Si vero diuersæ psonæ, vr recessum a prima,vt di l. Stichus,ver.item cum alimenta. Item opp.& vr,q in diuersis dispositionib. clausula gña lis non tollat spãlem,vt ℽ.de ope.no.nunc.l.i.§.i.Solu. Aliud in dispõnib.legalib.aliud in dispõnib.hominis, quia est euitanda legũ correctio,quod no.

1 *Alimenta non soluta peti possunt tam præterita, quam futura.*
Debitũ videtur remissum non ex solo tpis cursu, sed rõne consanguinitatis, quando rationes fuerunt sępius reddita.
2 *Alimenta præterita si debeantur, quando ęstimatio, & quando ipsa species petatur.*
3 *Alimenta debito officio iudicis pro tempore præterito, qualiter petantur.*
Vxor quando possit petere alimenta præterita a viro.
4 *Alimenta præterita, & futura in libello peti possunt.*

a 1 **Manumissis** a Alimẽta †debita non soluta pñt peti, tã pterita,q̃futura.h.d. Op.dr,hic,q stetit tã to tpe,q non petijt,& postea petere põt. Contra,imo vr tacite remittere,vt l Procula.ṡ.de prob. Soluit gl.ibi non inducit tacitam remissionem solus tpis cursus,sed charitas,& consanguinitas, & b redditio rõnis sępius facta,quam not.b & eam allego in l.quæ dotis,ṡ.sol.mat. Vide gl.quæ incipit,qa steterunt,&c. Item op.dr hic q interpellatio non est necessaria. Contra,imo est necessaria,quia ista oblo non hẽt diem,l.ex legati cã,ṡ.de ver.ob.& l.mora,i pric. ṡ.de vsu. Sol.hic interpellatio nõ est necessaoa,quia tractamus de 2 sorte, non de vsuris,l.cum vnus.§.j.ṡ.eo. † Quæro,si petuntur alimẽta præterita,quid peti dẽt? Rñ. alimẽta ipsa, vel æstimatio. Scitis,q in alimẽtis veniunt q̃dam,q̃ cursu tpis pereunt,vt habitatio & tunc dẽt deueniri ad æstimationem in petitione,& condemnatione,vel executione,l.si vsusfructus mihi in biẽniũ,ṡ.de vsufruc. leg. Quædam sunt,quæ licet non pereant,tñ non expedisit,vt medicinæ,q̃ veniunt in cã alimẽtorum,vt dixi in l. legatis alimentis, ṡ.e.tunc dẽt deueniri ad ęstimationem,l.si libertis artem, & l.pronus,qui ṡ.de ope.li. Quædam sunt,quæ hodie hẽre expedit,vt frumentum,vinum,& similia:tunc ipsa spẽs dẽt peti, nõ eius æstimatio,l.nulli.C.de erog.mi.ann.li 12.nisi pp moram deueniretur ad c æstimationem,c iuxta mãm,l.vinum,ṡ.si cer.pe. Hæc lex loquitur 3 in alimentis debitis ex teſtõ:quæro †quid in alimentis debitis iudicis offõ,vt a pre filio? Rñ si qdem filius se alimentauit de suis operib.vel fuit sibi donatum,non põt repetere,quia tunc potest petere alimenta a pre, qñ non hẽt,vñ se alat,l.si quis a libertis.§.si vel parens.ṡ.de liber.agno. Sed si accipit mutuo, vt se alat,competit actio mutuanti, l.fi.ṡ.de in rem verso. Et hoc in alimentis debitis d iure sanguinis. Sed si in alimẽtis debitisd iure seruitij, & operarũ, vt in vxore:est videndum,an vxor stetit in seruitium viri, vel nõ; & si non stetit,an stetit p ipsam,vel per virum,fm no.p Cy. in l. si cum dotem.§.sin autem in sæuissimo ṡ.sol.mat. de quo per Cyn. 4 in l.quod in vxorem.C.de neg.gest. Not.ex isto §. quod† possum petere in vno libello alimenta præterita,& futura,pro hoc l.1. C. de fideicom.& l.non quemadmodum.sup.de iudi.

ADDITIONES.

a Alex.Manumissis.Et in materia huius §.& eorum,quæ ibi scribuntur, consuluit Bar.in consi.inci.quidam sibi filios hæredes.adde Bal.consi. 401.3. lib.
b Alex.Quam no. Sic no.quod requiruntur ista tria ad hoc, vt præsumatur tacita remissio.sed Imo.in d.l.quę dotis,dixit,q forte sufficeret sæpius esse calculatam rationem,etiam si fuisset extraneus,propter tex.d.l.si Procula.cuius ratio principaliter super dicta calculatione rationum videtur fundari. Et ita dixit ipse,quod forte istud vnum tantum de iure sufficeret,mandauit tamen istam glo.menti teneri. Adde Bal.in l.cum proponas,la.1.C.de pact.
* Soc.sen.consi.22.in fine lib.3. I. M.
c Alex. Aestimationem. Adde no.per Bar.in tract. Alimentorum,& in consi.incip. quidam sibi filios hæredes.
d Alex.Debitis. Adde Bar.in l.de alimentis.C. de trans. & ponunt aliquid mo.in c.ex parte.de transf.hunc tex.pro sing.alleg.Ro.in rep.auth.similiter.ad l. Fal.
* Soc.sen.consi.57.nu.37.lib.4. I. M.

Ab hæredibus. Tps ætatis grauati adiectum grauato in dubio cõdõnem nõ facit .h.d.Op.q tps certæ ætatis facit cõdõnẽ,l.si ita scriptum,de manu.testa.Gl.remitnt.se ad l.ex his.C qñ dies le.ced.& ibi sol.Iac.de Ar. q ibi erat certum,q testõr volebat facere diem, sed diuinare est. Quare dic,q hic apponitur tps grauato,ibi honorato. Rõnem huius,vide,vt dixi in l.cui legetur,ṡ.de leg.1.

1 *Statutum puniens dantem opem ad maleficium, intantum quantum principalẽ, si principalis confessus est delictum, & ob id minorata est pęna, an dans opem debeat puniri, secundum quod statutum disponit, vel secundum pœnam minoratam principali.*

Posthumis. Diminutio legatorum relictorũ in testõ, non ptinet ad legata,nec ad alimenta relicta ṡ.in codicillis,vel in tabulis pupillarib.h.d. Opp.q ista causula referatur ad omnia relicta ṡ.l.talis scriptura,in fin. cum l.seq.ṡ.de leg.1. So hic spãle est fauore alimentorum. Op.q referatur ad ea q̃ sunt relicta in codicillis,l.talis,in fi.ṡ.all. So.ibi simpliciter dixit, a quæ legauit,hic dixit,quæ legauit in codicillis. Vlt.no.ibi,idem q̃ 1 sit,&c.ad q. Dicit statutum,† dãs opem,vel auxilium ĩ maleficio condemnetur inquantum principalis delinquẽs:modo principalis deponẽs dẽt condemnari in cẽtum,sed pp confessionem fit diminutio tertiæ partis:modo quærit,inquantum dẽt condemnari dans opem,vel auxilium: Et vr,q in cẽtum,qa in eo rõ cessat,quare principalis condemnatur in minus. Et idem dico in augmẽto si propter aliud dẽt pœna principalis duplicari,q non duplicatur ĩ dante opem,vel auxilium,quia causa,propter quam principaliter dẽt duplicari,cessat in dante opem,vel auxilium,l.is,qui opem,ℽ. de furtis.

ADDITIO.

a Barb.Vltimo no. Et ita voluit Bar.in l.j.in fin.supra de in lit.iur.item in diminutione.

Cibaria. Non impleto onere de morando in certo loco,libertus relicto priuatur,h.d. Ratio dubitãdi ĩ isto §.fuit,q onus morandi in certo loco vr continere spẽm seruitutis. Vnde in alio,quam in liberto non valebit,l.Titio,§.2.de cond.& dem.

LEX XIX.

1 *Clericus absens pro negocijs ecclesia superioris, dicitur præsens: & ideo debet habere fructus præbenda.*

a **Testamento.** a Absens pp negotia testõris vr præsens dẽt alimẽta pcipere.h.d. No.q ille,q est absens cã patroni,vr esse præsens. Per hanc legem possumus dicere in tali qõne,Canonicus †non residens in ecclesi, non potest hẽre fructus:quid si est absens pp negotia ecclesiæ? Vr esse psens,p istum tex.& ext.de cle.nõ resi.c.ex parte. Sed qd si est absens ñ pp b negotia Papæ. Certe vr idem,qa psens vr,hc.ad audientiam, & c. cum dilectus,extra de cleri.non resi.

ADDITIONES.

a Testamento. Adde l.quæsitum,in prin.& quod ibi Bar.de leg.3.
b Præsens videtur. Quis dicatur præsens,& illis adde,quod dicit gl. in l.hac lege. C.de proxim. Iacr. scr.lib.11. Sed quid si statutum dicit,quod absentes a ciuitate non gaudeant priuilegio ciuium,in onera non supportent,si aliquis abest a ciuitate,& in eadem pmaneant p̃r,vel fratres,vel cognati,qui supportent,onera ciuium,quod talis gaudebit priuilegio,licet sit absens. Ita no.dixit,Bar.in l.cum scimus.C.de agri.& cens.lib.11.vbi omno vide,quod ẽt ibi subdit,& illis adde,eundem Bar.in l.1.§.3.de lib.agn.& in d.l.quæsitum,de leg.3.& quis dicatur præsẽs. vide ẽt Bar.in l.ex duob.as. tu.inf.de duob.reis,& quot modis,quis dicatur absẽs vel præsens,vide per Pau.de Lear.in cle.cãm,de ele.& dixi post Bar.in l.præsens ṡ.de procu. Adde quis dicatur absens,& præsens,Bal.consi.363.& 364.3.lib.

LEX XX.

1 *Dispositio generalis non refertur ad ea, de quib. circa eandem causam specialiter est prouisum.*

1 **Stichus.** Dispositio †gñalis non refertur ad ea,de quib circa eãdem cãm spãliter est prouisum. & legatorũ præstatione grauari põt legatarius singularis.h.d. Opp. de l. Titia, §.qui Marco,ṡ. de ann. leg. vbi dẽt hẽre vtrunque, Dy in c. gñi.de re iu.li.6. So.q illud loqr,qñ legatum respicit diuersas cãs, hic qñ respicit eandem. Idem ẽt dixi ṡ.eod.l.alimenta.§.basilicæ. Sed ista so.vr ℽ istum tex.quia hic decem aurei simplr legati fuerũt; ideo Ro.subaudit hic,s pro alimentis. Sed certe idem,si non dicatur p alimentis,quia tacite intelligitur,qñ legatur pauperi,l. cum hi.§. si in annos,ṡ.de trans.& gl.ṡ.eo.l.libertis.§.posthumus,& sic hẽs,q clã gñalis nõ refert ad ea,de quib.spãlr est puisum,& tacite. Quæro,in quo consistit ista benignitas? Dic ii gl.de iure antiquo nõ poterat a legatario legari,quod non vr bñ dictum,per l.i.ṡ.de le.4.vbi p omnia exæquata sunt legata fideicommissis. Iaco.de Are dicit, q benignitas contingit in hoc,quia contubernali,& libertis,de quibus,ṡ.dixerat,non reliquerat libertatem expresse, & tamen continentur appellatione libertorum,vt hic in tex.ibi, qui deinde,&c. & ibi,item cum alimenta,&c. Item in prin.legis est vna gl.quę incipit,subaudi,eidem Sticho. Old.dicit,immo contubernali,& libertis,alias idem contineret sequẽs legatum,quod præcedes spãle.quod nota.

Titia. Cum finitur legatum, tunc finitur onus legato adiectum,nisi aliud de voluntate testatoris appareat.h.d.

Mater filio. Legatum alimẽtorũ nõ perit, cõdõne defecta p casum cõtingẽtem in psonam eius, in quem lpãr est collata.h.d. Dic,vt dixi ṡ.e.l.Caio.§.Imperator. Et concor.in l.j.& in l.alias,de cond.& dem.

LEX XXI.

Diariis. Gl.dicit,q hic est duplex litera, & tene, vt gl.dicit, & tenet.

LEX XXII.

1 *Alimenta si simpliciter relinquuntur, debentur arbitrio boni viri, inspectis conditione, & facultibus præstare debentis.*

Cum

a **Cum alimenta.** Si alimēta † simpliciter relinquunt dentur arbitrio boni viri, inspectis ɔdōnib. hic insertis. h.d. De vna ex his circunstātiis habuistis §. eo. l. cum vnus, §. fi. ſ. de charitate. Dē hieber falcultatib defuncti. q̄ro, q̄uo hoc dēt intelligi, an hrs dēat vēdere proprietatem, si fructus non sufficiunt? R̄ndeo, non dēt vēdi proprietas, ᵇ sed ſm q̄titatem fructuum debent alimenta præstari, l. Imperator, ȷ. ad Treb.

ADDITIONES.

a Ale. Cum alimenta Limita hanc legē sing. in casu l. cū vnus, §. alimenta, sup. eo, • Rolan. a Valle, consi. 32. nu. 21. 22. I. M.

b Barb. Dicitur hic. Et vide Ang. sing loquētem in d. l. Imperator, & ibi dūm meū, & si est fructus dñi, potest vendi, Tex. in l. 5. si mulier. ff. de vent. in poss. mit. & vide ibi alium tex. ibi Bar. in l. qui bonis, ff. de ces. bon. Angel. in l. Diuus, ff. de petit. hær. alias l. 1.

Ale. Dēt vendi proprietas, An q̄n relinquuntur alimenta, & fructus non sufficiūt dēat proprietas vendi, vide qđ dixi in l. fi. §. 2 in aūt. C. de bon. quæ li. & in specie Ang. & Imo. in l. Nesennius, in fi. inf. de re iud. & vide Bar. i l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. sol. ma. per Ang. & Imo. Pau. de Cast. in l. nihil, de leg. 3. & vide ad materiam Ang. in l. Imperator. inf. ad Tre. vbi dicit se consuluisse vna cum Bal. & vide ibi Ro. qui limitat sua dicta, vt ibi per eum, & adde in simili Bar. in l. Lucius. sup. eo.

Qui fratris sui. Cui relictum est animo compēsandi non pōt petere legatum, nisi hrēdem liberet. quo omisso doli exceptione repellitur. h.d. De vltimo casu ibi, illam autem adiectionem, dic, vt dixi. §. eo. l. 4.

LEX XXII.

Rogatus. Idem est alimenta relinquere, & grauare hęredem aliquem educare.

TITVLVS SECVNDVS.

De auro, & argento legato.

LEX PRIMA.

1 *Legato generis derogatur per legatum generis subalterni, vel speciei.*
Genus restringitur, ut non contineat speciem, de qua sunt alia indiuidua.

a **Si alii vestimenta.** Legato † gñis derogaī p legatum gñis subalterni, vel spēi, & genus restrīgit, vt nō ɔtineat spēm, de qua sūt aliqua indiuidua notata h.d. Cōcordat eū fi. huius legis, l. hrs meus. §. 1. ȷ. de leg. 3. & p Dy. in c. gñi, de reg. iu. li. 6. & p gl. in l. quæsitum, § pe. ȷ. de fun. instr. & ibi dicimus.

2 *Pecunia quando fit de argēto, dēt fieri, ut sit eiusdem æstimationis in forma cuius est in materia.*
Expensa cudendi debet fieri de publico.
3 *Dēns centum florenos non potest soluere in sextinis de iure, sed de consuetudine sic, quæ est seruanda.*

Cui certum pondus. Qui dēt pōdus argēti in gñe, liberaī dādo ęstimationem, secus si dēat certa spēs, h.d. Cōcor. ȷ. eo. l. cum certum, & l. cum aurum. Op. de l. Paulus, ȷ. de sol. Duæ sol. sunt in glo. Vna, ꝙ est spāle fauore vltimę voluntatis, alia solu. est vera, qđ hoc est verum, si soluiī pecunia ære non contaminata: qa si dēs mihi certū pondus argēti ad ligam Perusinam, si vis soluere pecuniam ære ɔtaminatam, vt sextinos, tunc non admitteris; & hoc placet, p tex. ī l. 1. C. de Fab. li. 11. & de can. fru. li. Ro. l. fi. c. li. Item placet ista sol. 2 p rōnem. † Vos scitis, quod q̄n fit pecunia de argēto, dēt fieri, vt sit eiusdem æstimationis in forma, cuius est in mā: vñ expēsa cudēdi dēt fieri de publico, vt dr̄ in l. 1. ȷ. de ɔ̄h. emp. Licet Inn. dicat ɔtrū, & non bñ. in c. q̄to. extra, de iure iu. Cum ergo sit eiusdem æstimationis in forma, cuius est in mā, nihil tibi nocet, ergo admittiī solutio, vt hic, ibi, eandem, &c. Et p hoc dico, † ꝙ ille, q dēt centum 3 florenos, non pōt soluere pecuniam ære ɔtaminatam & sextinos, & ille, q dēt cētum libras ad pecuniam minutam, non pōt soluere in auro, & grossos, & hoc est de iure: sed de ɔsuetudine p pecunia minuta soluiī aurum, & argētum, & econuerso, q̄ ɔsuetudo ī hoc est seruāda, l. Imperatores, ȷ. de ɔ̄h. em p gl. in l. si quis argētū. a C. de do. dixi in d. l. Paulus, ȷ. de sol. Vlt. glo. ᵃ hic tangit, q̄n aliud p alio solui potest. Dic, vt in l. 2. §. 1. ȷ. si cer. pet. Dicam in l. non amplius, in §. fi. ȷ. de leg. 1.

ADDITIO.

a Barb. Vltimo gl. est sing. in d. l. si quis argentum, & vide Bar. in l. Paulus, de sol. & quod no. in l. quod te. sup. si cer. pet. & Bal. in l. 3. C. de sacros. eccl.

LEX II.

1 *Verba futuri tpis restringuntur ad tp̄s mortis, & ultra non extenduntur.*
2 *Orō respectiua deficit deficiēte persona, vel qualitate, cuius respectu ɔfertur.*
3 *Statutum puniens intrantem palatium Capitanei, an puniat intrantem tēpore, quo ibi non erat Capitaneus.*

1 2 **Qui tibi** Verba † futuri tpis restringuntur ad tp̄s mortis, vt vltra ñ extēdāt, † & orō respectiua deficit, deficiente persona, vel qualitate eius, cuius respectu profertur, h.d vsque ad l. Seia. Op. a ad fi. quod istud verbum significatiuum qualitatis non attenditur, l. Mela in princip. ȷ. ti. 1. vbi postquam subest substantia, non videtur requiri, ꝙ sit vxor. Solu. ibi verbum, fuero, fuit adiectum per modum demōstrationis, cuius defectus nō vitiat legatū. hic vero p modū cuiusdam ɔdōnis. Dixit. n. q̄ vxoris eius causa parata erāt &c. Et sic est relatiuū, qđ facit ɔdōnem l. Stichum. ȷ. de leg. 1. quę ɔdō dēt impleri in forma l. qui hæredi in prin. & l. Mæuius. ȷ. de ɔdi. & dem. Item op. de l. si ancillę ȷ. de ɔd. & dem. Sol. illa qualitas nō pōt ibi videri repetita ī ɔdōne, qa ancilla non pōt nubere: vnde sola substātia vr̄ repetita, non qualitas. Facit illa † l. ad q̄ dicit statutū, ꝙ si nobilis intrauerit palatiū 3 Capitanei, soluat tm̄. pone, ꝙ q̄n ibi nō est Capitaneus, & nobilis intrauerit, an teneaī? Vr̄, qđ nō, qa ubi nō est Capitaneᵘ nō dr̄ palatiū Capitanei, arg. huius legis: tñ nō firmo pro uero, qa illa uerba ponunt in statuto per modum demonstrationis: hic uero per modum condōnis. Item opp. de l. proxi. ȷ. de sol. ut ibi dicam.

ADDITIO.

Alex, Opp. Plene per Bar. in l. ex facto. de vulg. & pup.
a P laca lib. 1. epit. delict. c. 8. nu. 25. I. M.

LEX III.

1 *Vxor, cui fuerunt relicta, quæ eius causa parata erant, vt habeat relictū, requiritur, quod sit vxor tempore mortis.*
2 *Testator si legat uxori, quæ eius causa parata sunt, sufficit, quod sit uxor tēpore testamenti.*

Vxori. Hanc legem summa cū præcedenti Opp. §. px. vbi eo ipso, ꝙ diuertit, nō vr̄ eius causa paratū. Gl. Dyn. 1 & oēs dñt, ꝙ lex præcedēs intelligiī ſm istā. Videte, † si testōr legauit p verba futuri tpis, quæ eius causa parata erunt, tunc inspicitur tempus mortis. vnde tpe mortis oportet, ꝙ ipsa sit vxor. Vnde si diuertit bona grā, vel non, deficit ɔditio relicti, qa non est eius cā 2 paratum, vt dr̄ in fi. legis. Sed † in hac lege testator legauit per verba præsentis temporis, vt lego quæ eius causa parata sunt, tunc si est vxor tempore testamēti, sufficit, vnde si postea diuertit, distinguimus, vtrū diuertat bona gratia, vel non: vt sciamus, vtrum voluntas sit mutata, vel non, & ita loquitur hic, & ista est veritas.

LEX IIII.

1 *Verba, essem, vel fuissem, quæ sunt optatiui, & subiunctiui modi, licet sint temporis præteriti, tamen trahuntur ad futurum.*

a **Cum quidam.** ᵃ Hic ponitur verbum, legasset, qđ est tpis præteriti plusquam pfecti, & ex-1 cedit tp̄s testamenti, ȷ. eo. l. si ita. Vnde quæro, q̄uo porrigitur ad tempus mortis? R̄ndeo, ista verba, quæ sunt modi optatiui, & subiunctiui, vt essem, & fuissem, & similia, licet sint tpis pteriti, tñ trahunī ad tp̄s futurum. Ita not. in l. qui Romæ. §. Augerius. ȷ. de verb. obl. probatur in l. si debitor. §. verisimile. sup. de contrahen. emp. & l. cum certus. sup. de vi. tr. & oleo lega.

ADDITIO.

a Alex. Cum quidam. Ista lex potest aliter intelligi, vt dixi post Bar. in l. si ita, secūdum Pet. ini. eo. ᵃ Ruyn. consi. 89. nu. 12. lib. 1. I. M.

LEX V.

a **Apud Pamphilum.** ᵃ Hāc legem summa cum præcedentibus, vt in l. qui tibi. §. eod. non habetis hic alia.

ADDITIO.

a Apud Pamphilum. Cuiacius. lib. 1. obseruat. cap. 9. I. M.

LEX VI.

1 *Species si transit in suum materiatum, censetur alia species.*

1 **Seia.** Solutio legati, & translatio in aliam spēm facta a testatore, legatum extinguit. h.d. Not. † ꝙ a adū spēs transit in a suum materiatum, censetur esse alia spēs. Opp. dr̄ hic, ꝙ trāslatio in aliam speciem extinguit legatum. Contra, de l. seruum filij. §. 2. ȷ. de le. 1. Solue, vt ibi. Item opp. de l. fideicom missa. §. si rem, ȷ. de leg. 3. Glos. non soluit. Tu dic, ꝙ ibi res legata extabat, hic vero desijt extare, qa facta est alterius accessio, vt patet ī fine legis. Vel solue, ibi obligabat rem ex necessitate, ideo non videtur reuocari mandatum, hæc autem transmittitur in aliam speciem, ex taci ta voluntate, vnde videtur reuocari mandatum.

ADDITIO.

a Alex. No. quod. Vide omnino Bar. in l. pater. de adi. leg.

LEX VII.

Lucius. Legatum, per quod ciuitati quæritur aliquod ornamentum, valet. h.d.

LEX VIII.

1 *Legatum simpliciter, indefinite prolatum, ad tempus testamenti refertur.*
Nomina possessiua, meum, tuum, suum, tempus præsens significant.
2 *Verba præsentis, uel præteriti temporis prolata a lege, ad futura referuntur, nisi lex remissionem delictorum contineat.*
3 *Verba præsentis, uel præteriti temporis, ab homine prolata, quando comprehendant futurum.*
4 *Oratio prolata sine tempore, ad quod tempus referatur.*
5 *Testator si legat omnes res suas, quę sunt, & reperiri possunt Perusij, & superuixit, & multa alia acquisiuit, dicta acquisita non ueniunt.*
Verbum, potest, trahitur ad futura, & nu. 3.
6 *Clausula codicillaris ita cōcepta, si nō ualet iure testamenti ualeat iure codicillorum, & omni iure quo melius ualere potest, non porrigitur ad casum,*

ſum, quo teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumi.

7 *Clauſula, quod valeat iure teſtamẽti, vel ſaltẽ iure codicillorum, operatur, id eſt, ſi non valet iure teſtamenti, propter dictionem, ſaltem.*

8 *Teſtator ſi legat uxore ueſtes ſuas, intelligitur de factis de nouo poſt teſtamentum, ſi primę ſunt conſumptæ.*

Frumento legato conſumpto, nouum recollectum debetur.

9 *Teſtator ſi legat podere, quod habet in tali villa, & poſtea emat alias poſſeſſiones, an tales poſſeſſiones emptæ cedant legato.*

Manſus dicitur terra, quæ cum uno pari boum laborari poteſt in anno.

a b 1 **Si ita [a] legatum eſſet.** b † Legatũ ſimplr. & indefinite prolatum ad tẽpus teſtamẽti refertur, h.d. Vel ſic nomina poſſeſſiua meum, tuũ, ſuũ, præſens tp̃s ſignificant. h.d. Nn. tex. ibi, hac demonſtratione. &c. Opp. C quæ res pig. ob. poſ. l. fi. vbi veniunt futura. Dicit gl. ſol. vt ibi. Tu dic, ꝙ ibi tractatur de modico, vel nullo præiudicio. quia ſemp tantundẽ ſoluendo debitor liberatˀ, & creditori ꝓdeſt: hic vero eſſet magnũ ꝑiudiciũ. Opp. j. eo. l. filiam. Solu. ibi erat verbũ futuri tẽporis, ſ. reſeruẽtur, ut ibi patet. Oppo de l. vxorẽ. §. teſtamẽto. ſ. de leg. 3. & l. his verbis. eo. tit. Sol. Imo cõcordat cum iſta, vt ibi patet Oppo. de lib. leg. l. Aurelius. §. teſtõ facto. Rñ. concordat. Opp. de l. j. in fi. & l. ſi quis ſocietatem. ſ. pro ſocio. vbi quis facit ſocietatem oĩum bonorũ, & intelľr de futuris. Solu. ibi ab initio non incumbebat magnũ ꝑiudiciũ, quia quis poterat tm̃ lucrari, & tm̃ perdere, ſecus ſi poſſet alterum eorũ, ſ. perdere, & non lucrari. Opp de l. quoties. §. fi. ſ. de vſufr. Gl. non ſoluit. dic, ꝙ ibi extabat area, quæ eſt maxima pars domus. Op. de l. cũ pr̃. §. fidei tuę. ſ. de leg. 2. Solu. ibi. Opp. de l. ex hoc edicto. § 1 ſup de alie. iu. mu. ca. fac. Soluit gl. illud uerum quo ad illud edictum. Tu dic, ꝙ ibi fuit vſus verbo futuri tp̃is, hic verbo præſentis tp̃is. Opp. de l. placet. de lib. & poſth. Sol. Ibi fuerunt verba indefinita, quæ comprehendunt futurũ tp̃s, aliter diſpoſitio eſſet nulla, hic vero ceſſat ratio. Opp de l. Mela. §. ſed ſi alimenta. ſ. tit. j. Sol. ut ibi, quia contingit variatio circa idem, vel circa id, ꝙ hr̃ loco eiuſdem. Oppo. de l. tutoribus, ſ. de teſt. tu. Solu. ibi fallit pp dictionem, tunc, quæ extremitatem tp̃is ſignificat. Opp. de l. ſi ita qs. ſ. de lega. 2. Sol. ibi eſt verbũ, põt, ꝙ eſt extenſiuũ, ut ibi. Et ꝓ declaranda l. iſta, & gl. & ꝓ declarandis occurrentibus quotidie, de duob. eſt videndum. Primo, cñ proferuntur verba præſentis tp̃is, vel ꝑteriti, an porrigãtur ad futura. Sc̃do, cñ proferuntur verba indefinita ſine tp̃is expreſſione, ad qd debent referri. Circa primũ dic ſic, c aut verbũ pñtis tp̃is profertur a lege, aut ab homine. Primo † caſu verbum prẽſẽtis tp̃is refertur ad futura. l. j de condict. ex lege. quia lex ſemp loquitur, l. Arriani. C. de hęret. & in oĩbus auth. quæ incip. ſed hodie. Fallit, ſi lex contineret remiſſionem delictorũ, tunc. n. ad futura, non trahiť, l. cũ lex, ſ. de legib. † Si vero d profertur ab homine aut eſt verbum, põt, & comprehendit futura, quia eſt extenſiuũ, l. ſi ita quis. in prin. ſ. de leg. 2. Aut eſt aliud verbũ, & tunc aut continet illud, ꝙ dependet ex mera voluntate defuncti, & trahitur ad futura, l. talis ſcriptura. in prin coniuncto §. fi. & l. ſeq. ſ. de leg. j. Si vero non dependet ex mera voluntate defuncti, & tunc aut variatio in futuro conſiſtit circa eandem rem, vel quæ habeatur loco eiuſdẽ ex diſpoſitione defuncti, & porrigitur ad futura, ut ſ. tit. 1. l. Mela. §. 1. & tit. 1. l. fi. in fi. Aut cõtingit circa res ſeparatas, & tunc aut tractatur de modico præiudicio, & porrigiť ad futura. l. fi. quæ res pig. obl. poſ. Aut tractatˀ de magno ꝑiudicio, & tunc ad futura non porrigitur ita loquitur hic, & l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur, & l. ſi a colono. j. de verb. obl. & l. ſi ita ſcripſiſſet. ſup. de leg. 2 cũ ſimilib. Fallit pp dictionem, tũc l. tutorib. ſup. de teſt. tut. Itẽ fallit, ſi illa res eẽt de acceſſionib. primarũ rerũ, l. fi. §. fi. j. ti. 1. Sccũdo eſt videndũ, † qñ oĩo profert ſine tp̃e, ad qd tp̃s referatur & tunc dic, aut eſt oĩo vľis, aut gñalis, aut particularis, aut indefinita. Primo caſu c qñ eſt vľis, ut qñ ponitur nomen collectiuum de ſui nã, ut grex, peculiũ, & ſimilia, & tunc porrigitur ad futura, l. grege. ſup. de le. 1. & l. peculiũ. ſup de leg. 2. Rõ, quia futura uidenť de acceſſionib. primæ. ſi oĩo eſt gñalis, vt qñ apponit aliquod ſignũ, vt oẽs res meas, vel vniuerſas res meas, q̃ ſunt in tali uilla. Similẽ diſtinctionẽ facit gl. inter gñale, & vľe, ſ. in l. 1. ſup. de eden. & iſto caſu ad pñs tp̃s reſtringiť, l. fi. ſup. de leg. 2. & l. ſi tibi mandauero. §. ſi is cuius bona. ſup. man. Fallit, ſi de modico præiudicio tractaˀ. l. fi. in fi. C. quæ res pig. obl. poſ. & ibi gl. h. d. & l. . in fi. & l. ſi qs ſocietatẽ. ſup. pro ſocio. Si vero eſt oĩo particularis, vel legatum eſt particulare, vt quia legatur aliqua res, ſeu ſpẽs, & tunc ſi quidẽ legatur totus fundus. veniunt futura, q̃ ipſi fundo accedunt, ut ſi aliqd adiungatur, l. qđm rerũ. §. 2. ſup. de leg. 1. Sed ꝯ prædicta vr̃ facere gl. de vſuf. in l. quoties. §. fi. Sol. dic illã male dicere, & non allegat bonas leges. Vel verius dic, ꝙ bene dicit, quia refert, an ex ꝯtractu vendantur, vel ex delicto publicenť oĩa bona, quia intelliguntur ꝑſentia tm̃, d. §. ſi is, cuius bona. & no. in d. l. fi. C. q̃ res pig. obl. poſſ. Aut in teſtõ, & tũc aut qs legat oĩa bona ſimplr, vel vſumfructũ oĩum bonorũ, & tunc veniunt futura, d. l. quoties. §. fin. Ratio, quia tunc vr̃ legare ſubſtantiã, ſeu hr̃ditatẽ, ut ibi patet, & l. nã ꝙ, §. fi. cũ l. ſeq. j. ad Treb. & ſic magis vr̃ oĩo vľis, q̃ gñalis. Itẽ ſi diceret ſimplr, oẽs res meas, &c. d. l. na ꝙ. §. fi. Si uero diceret, oẽs res, q̃ ſunt in tali villa, vel oẽs res meas mobiles, & ſic nõ intelligeret de tota hæreditate, tũc refertur ſolũ ad pñs tp̃s, ut d. l. fi. §. 1. ſup. de leg. 2. & ꝙ no. in d. l. fi. C. q̃ res pig. ob poſ. Si uero legatˀ pars, tunc non uenit ꝙ poſtea adiungiť, l. ſerui electione. §. fi. ſupr de leg. 1. & g ibi no. g Si vero eẽt oĩo indefinita. tũc ſi quidẽ tractatˀ de modico ꝑiudicio, cõprehendũtur futura, l. fi. C. q̃ res pig. obl. poſ. Si vero de magno ꝑiudicio tractatˀ, tunc aut ꝑ diſponentẽ, q indefinite locutus eſt. potuerunt ꝑuideri oĩa futura & ad futura extendiť, l. ſi ſeruitus, ſup. de ſer. urb. ꝑd. Nã ibi potuit ab initio ꝑuideri, ꝙ lumina domus potuit hẽre. Si uero nõ potuerunt ꝑuideri, q̃ futura erãt, tunc futura nõ ueniunt, ut hic cũ ſi n. Q l. intelligo, ſi aliqs reliquit bona, q̃ hẽt in tali loco, ſecus ſi bona ſimplr, ita ꝙ poſſet intelligi de tota hæreditate, ut ſ. pxi. dixi. Itẽ hæc uera, niſi in caſu l. ſi cognatis, j. de reb. dub. qd dic, ut ibi. 5 † Pro declaratione eorũ, q̃ dicta ſunt, q̃ro, dixi ꝙ uerbũ põt, licet ſit ꝑ ñtis tp̃is. trahiť ad futũ ratione, ꝙ teſtator dixit, lego oẽs res meas, q̃ ſũt, & reperiri pñt Peruſii deinde teſtõr ſupuixit, & multa alia acqſiuit. quæriť, an futura ueniant. Et vr̃, ꝙ non, per iſtã legẽ. Contrariũ ur̃ pp uerbum, pñt, qđ eſt extẽſiuum, iñ ð facto rñ. ꝙ futura non ueniant, quia illud ꝙ dr̃, ꝙ uerbũ, põt, eſt extẽſiuũ, eſt uerũ re ipũ eius; ad quod refertur hic uero refertˀ ad uerbũ, apperiri, nõ ad uerbũ, res, vñ eſt ſenſus, lego oẽs res meas, q̃ ſunt in pñti, uel pñt reperiri nunc, ſiue in futurũ, non aũt refertur ad exiſtẽtiam rerũ: & ſic extẽdit actum repeiẽdi, non actũ hñdi. Idem dicit gl. in ſiñ in l. fi. §. 1. ſup. de leg. 2. ſ glo. ſu p uer. cões ſunt. Pro hoc facit, quia uerbum dẽt declarare illud, ad ꝙ referť, & non aliud, l. a filio. §. fi. ſup. tit. 1. & ſup. eo l. ſi qs h legauerit. Quæro, ſcitis, h ꝙ Doc dñt, ꝙ ad hoc, ut illa cľa, ſi nõ ualet iure teſtĩ, &c. porrigatˀ ad illũ caſum, quo teſtm̃ rumpitur poſthumi natiuitate, debet dici, ſi nõ ualet, uel ualebit, ut dicit Cy. in auth. ex cã. C. de lib. præte. dixi in l. ſi ita ſcripſiſſet. ſup. ð leg. 2. Modo dr̃ in teſtõ, ſi non ualer iure teſtamenti, ualeat iure codicillorũ & omni iure, quo melius ualere põt, an iſta cľa porrigatˀ ad caſũ, quo teſtm̃ rũpiť poſthumi natiuitate pp dictionẽ, põt. Et puto, ꝙ non, quia uerbũ põt, eſt extẽſiuũ eius, ad qđ refertur: ſed hic non refertur ad illa uerba, ſi non ualet, ſed ponitur in diſpoſitione, q̃ ſequitur ꝺficiẽte ꝯdõne: non aũt refert ad illã ꝯdõnẽ, ſi non ualet, &c. unde illa ꝯdõ ad futura non extẽditur: ſed ſi diceret, ſi nõ põt 6 ualere iure teſtĩ. &c. tunc refertur ad futura. Sed quid † ſi dixit, uolo quod ualeat iure teſtĩ, uel ſaltẽ iure codicillorũ? Rñ. Vr̃ hoc dicere, ſi non põt ualere iure teſtamẽti. Nam hæc dictio, ſaltẽ hoc importat, ut C. de emẽ. ꝓ ropinq. l. 1. Item hẽs hic tex. qđ ſi lego tibi

ADDITIONES.

a Poma. Si ita. Adde, quod onus probandi res fuiſſe tempore teſtamenti, incumbit legatario. Ita Bal. in l. fi. C. de appel. ſequitur. Rom. in l. non ſolum. §. ſciendum. verſ. ſed vt probari, ff. de ope. no. nunc.

* Bello. conſ. 5. nu. 3. Aret. conſ. 3. nu. . Bar. in l. cum lex, de fideiuſſoribus. I. M. Barb. Et vide, ꝙ dicit Bar. in l. ſi cognatis. inf. de reb. dub. qui iſtam limitat. & vide eũdẽ in l. placet. ff. de lib. & poſt. vide Io. de Imo. poſt Pet. in c. indicante. de teſt.

Si quis Titio. Si verba executiua ad legatariũ ſunt relata, vt ſimpl̃r ꝓlata, ſi dñi exiſteẽ, nec oñm hřẽ, niſi mora hr̃dis ꝑceſſerit cõis, vel ſpãlis, ſecus ſi verba ad hr̃dẽ ſunt directa. h.d. Pmo loqẽ, qñ verba executiua diriguñẽ ad legatariũ. Scđo qñ ſimpl̃r ꝓferunt. Tertio qñ diriguñẽ ad hr̃dẽ. Scđa ibi, idẽ dđm. Tertia ibi, ſed & cũ qs. † No. ꝙ verbũ, accipiẽdi, verificaẽ ſiue accipiat, ſiue ꝑ eũ nõ ſtet, ſiue ꝑ eũ ſtare nõ fingatur, vt qñ mora ꝯmittiẽ iure ſpãli. Scđo † no. qñ verba ſimpl̃r ꝓferunẽ, iudicaẽ pinde, ac ſi eſſent ad legatariũ directa. Pro hoc tex. & gl. ĩ prin. hu⁹ l. Tertio no. gl. ꝙ iſta verba, ſi nõ dederit, intelligunẽ. i. dare ñ debuerit. Op. hic dr̃, ꝙ requirit, ꝙ accipiat, vel mora ꝑceſſerit. Cõtra. inf. e. §. ĩ fi gl. ĩ ver. accipiat. huius timore dt, dic plenius, ꝙ hic intelligatur, accipiat. i. accipere poſſit, & ſic ꝯcordat cũ fi. Hęc ſol. ñ eſt vera, qa ꝯ tex. huius §. Quare dic, ꝙ ibi executiua verba fuerũt relata ad hr̃dẽ, hic ad legatariũ. Vñ factũ legatarij requiriẽ, vt ꝯſtituat hr̃dẽ ĩ mora, vł ꝯſtituere fingaẽ, vt accipiat. i. accepiſſe fingaẽ, iõ prima expoſitio verior. Dr̃ in ver. idẽ dicendũ, ꝙ verba ꝓlata ſimpl̃r magis ad fideicõmiſſariũ vñr relata, q̃ ad hr̃dẽ. Hoc vr̃ ꝯ gl. in l. ꝑcib. C. de ĩpu. & ali. ſubſt. vbi verbũ, ſubitõ, ꝙ eſt cõe, in dubio ꝑ fideicõmiſſũ ĩtelł̃r, vt ſi hr̃s det, nõ ꝙ accipiat ſua manu. So. ibi eſt iõ, qa oĩ tpe iure directo valere nõ põt. Vel aĩr, hic quo ad aliud accipit, q̃ quo ad directã, vel fideicõmiſſariã ſubſtõnẽ. Ad vltimã partẽ op. de l. qdã. in prin. ad Tre. vbi vr̃ nõ ſufficere diẽ legati cedere, niſi fiat reſtõ. cũ verba ad hr̃dẽ diriguntur. Sol. † Ibi loqẽ in fideicõmiſſo vłi, hic in fin. loqtur in legato particulari. Rõ ẽ, nã iſta verba, ſi non dederit intelligunẽ. i. dare nõ debuerit, ſed in legatis particularib. ſtatim cedit dies legati, & dñium legati trãſit immediate in legatariũ, recta via, b ſi nã rei legatæ nõ repugnat: merito iſta ꝯdõ verificatur ſtatim. ſed in fideicõmiſſo vłi non tranſit dñiũ, niſi facta reſtõne, q̃ quis non tenetur facere, niſi petatur. Iõ aĩr iſta verba intelligũtur in vłi legato, q̃ in particulari. Sed ꝯ hoc op. ſ. ver. idẽ dicendũ. Sol. hic in maiore, ibi in minore, ſm Iac. de Are. in d. l. qdã ita. Tu † diſtingue, aut verba executiua referuntur ad legatarium, & tũc requiritur, ꝙ hæredis mora vera, vel ficta precedat, vt § iſto. in prin. & ver. idem dicendum. Aut referuntur ad hæredem, & tunc aut in legato particulari, & ſufficit diem legati cedere, vt in ver. ſed & cum quis. Aut in legato vniuerſali, & tunc requiritur reſtitutio, l. quidam ita. ad Treb. Aut dubitatur, ad quẽ ſint verba relata, & in dubio ad legatarium videntur relata, vt in ver. idem dicendum, & in glo. ipſius, in prin.

ADDITIONES.

a Alex. Intelligũtur. Et hunc tex. in hoc all. pro no. Ro. in conſ. inc. omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, circa propoſitam conſultationem, inquantum quæritur, an. & c. in 2. dub.

b Ale. Recta via. Dic melius, vt per Bar. in l. cum filio, ad fi. de le. 2. & vide, inf. eo. in l. ſi leg. § 7 plenius per Imo. de hac materia in d. l. quidam.

Si quis ita. Qñ ex facto legatarij põt damnificari hæres cogitur legatarius ei cauere de illo non faciendo. h.d. § male vidiſtis ſup. de le. 3, l. 3. in fi. cum l. ſeq. & l. fideicõmiſſa. § interdum eo. ti. Opp. ad illum §. ſ. de lega. 3. l. fideicommiſſa. § ſi decem. & l. 3 §. ſi cui ita. inſ. ut le. no. ca. So. ibi damnificatur hęres ex facto legatarij. tñ hoc legatario prodeſt principaliter, hic vero ſecus, vnde non debet cauere ibi, ſed hic ſic.

1 *Incertitudo perſonarum vitiat ademptionem, ſicut legatum.*
2 *Actio, & exceptio regulantur eodem modo.*

Si duobus. a Incertitudo † perſonarũ vitiat adẽptionem, ſicut vitiat legatũ. h.d. prout in lr̃a hẽ, vtriq;. ſi vero eſt neutri, dẽ econuerſo, non vitiat ademptionem. Vel aliter † illud, ꝙ facit actorem in petitione ſuccumbere, facit ſuccumbere reum in exceptione. Nam ſi peto Titium legatum mihi, & nõ poſſum probare, de quo teſtõr ſenſerit, ſuccumberem, l. duo ſunt Titij, ſup. de teſta. tu. idem in reo, ſi hæres dicit legatum ademptũ Titio, & non poteſt probare, de quo Titio ſenſerit teſtator, ſuccũbet. Facit l. j. §. Labeo, de flum. & ꝙ dixi in l. j. de excep. Opp. nam hic aliqua litera dicit neutri, & ꝯdicit literæ uer. utriq;. & litera, q̃ habet, vtrique, eſt uera. Nam ſi dicit, neutri, verum eſt in effectu, qa uter exigere poteſt. Si dicit, vtriq;, uerũ eſt, ſi hr̃s vult, quia hr̃s habet facultatem ſoluendi, cui vult debitum, &c. Dr̃ hic, iſta ademptio non valet. Contra, in l. ſi fuerit. de reb. dub. Sol. Ibi fuerunt legatæ duæ res, hic vna, & ibi plene dr̃. Item oppo. de l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. ſup. de le. 2. Sol. Neutri debetur hærede nolente ſoluere, ſed eo nolente ſoluere utriq; debetur, hoc eſt ei, quẽ eliget, & ſic intelligitur. Diuerſitas iſtius habetur in gl. magna ibi at. contra, ſupra, de in rem verſo. ſed ibi erat certum de iure utriuſq;, hic erat dubium de ipſo iure.

ADDITIO.

a Ale. Si duob. Not. ex iſto tex. ꝙ actio, & exceptio regulantur eodem modo. Adde dn. meum Soc. in l. j. ff. de exc. vbi per hæc dicta Bar. dicit dictam regulam, nõ debet, de regu. iur. habere locum, vbi eſt eadem ratio. Et vide etiam Felin. in proœ. Decr. in gl. j.

1 *Ademptio ſi refertur ad rẽ, videtur adimi omnis diſpoſitio facta circa illã rem, non ſi refertur ad ius.*
2 *Clauſula derogatoria in ſtatutis poſita, vt tollat ſtatutum reſpiciẽdum eſt, an referatur ad rem, an ad ius.*

Si Titio fundus. † Si ademptio referatur ad rem, vr̃ adimi oĩs diſpõ facta circa illã rẽ. h.d. Et eſt no. tex. ibi ſpãl̃r dixerit, quia adẽptio refertur ad rem, nõ ad ius legati cõdõnalis. Dic ſi teſtõr diceret ſic, legatum ſcm̃ ſub condõne adimo, tunc refertur ad ipſam diſpõnem. i. ad actum legandi, non ad rem, & ſic ex primo legato debetur. Hoc eſt bonũ † pro ſtatutis, in quib. eſt clauſula derogatoria. Nam reſpice, an referatur ad rem, uel ad ius, quod diſponit.

Conditio. Non ſolum ꝙ leganir, ſed ẽt ꝙ ad qualificandum legatum exprimitur, poteſt adimi. h. d. In gl. ibi, arg. ꝯ l. ſi alij. Dic, vt ibi ſm Roff. In eadẽ gl. ibi, l. j. Sed ibi adimebat, quod non legabat, nec adſcripſerat.

1 *Dictio taxatiua, duntaxat, in legato inducit ademptionem in reſiduo, idem in dictione, ſolum.*
2 *Correctio legum non inducitur ex dictione taxatiua, tantum.*

Cum Titio. a Dictio † taxatiua in reſiduo ademptionem inducit. h.d. Idẽ hẽmus in dictione taxatiua, tm̃, in l. rõues. in fi. & ibi no. C. de prob. ſm op. Azo. quæ eſt uetiſſima per hunc tex. Idem in dictione taxatiua, ſolum, b uel ſolũmodo, vt C. de tranſ. l. ſi quidem. facit quod dixi in fi. l. ſi cum dos. ſup. rerum amo. An ex dictione c taxatiua, tm̃, inducatur legis correctio, ut ſi unum ſtatutum pro uno maleficio imponit pœnam mille librarum, aliud ſtatutum pro eodem maleficio imponit pęnam legis tantum, uel duntaxat, an ex hoc inducatur correctio? Tex. vr̃ cum gl. ꝙ non, in l. ob æs. C. de præd. mi. l. ꝯctus, inſ. de re. iu. cum gl. & l. ſeru. noĩe. inſ. de uſuc. cum gl. iſtarum legum.

ADDITIONES.

a Alex. Cum Titio. Adde Bar. in l. ſi cum dos. ſup. rerum amo.

b Ale. In dictione taxatiua, ſolum, &c. No. de taxatiua, tm̃, ſolum, ſolummodo, vide Bar. late in l. ſi conſtante, ſol. mat. in 9. q. primæ partis, & Bar. hic, alle. Imo. & ſequitur in l. ſi vero, §. de viro, ſol. mat. * Dec. conſ. 100. nu. 4. Crau. de antiq. tẽpo. 4. par. primæ partis. nu. 113. I. M.

c Barb. An ex dictione. Et vide Io. de Imo. in l. ſi vero, § de viro. ff. ſol. matr. Et quid de dictione, non obſtante, vide gl. de hæ, quæ ab inteſt. §. j. in Auth. & Bar. in ext. ad reprim. in ver. non obſt.

1 *Legata, & fideicõmiſſa reuocantur nuda uoluntate, uel tacita, & grauiſſimis inimicitijs.*
2 *Teſtamentum quando cenſeatur reuocatum ipſo iure, uel reuocetur ope exceptionis, ex inciſione teſtamenti.*
3 *Inimicus capitalis dicitur, qui occidit conſanguineum, uel accuſat de crimine capitali, vel minatus eſt ſe occidere.*
4 *Inimicitia grauiſſima dicitur, quãdo eſt lis oĩum bonorũ, uel facta e iniuria. Atrox iniuria quæ dicatur.*
5 *Pace facta non poteſt opponi exceptio illius inimicitiæ.*
6 *Exhæredatio filij iuſte facta videtur ademp ta, ſi pater ſe reconciliauit cum filio.*

Non ſolum. a Nuda volũtate, vel tacita, & grauiſſimis inimicitijs, legata, & fideicõmiſſa reuocãt, b q̃ his ceſſantib. reſtaurantur. h.d. Dr̃ hic, nuda & c. Declara, nuda, vt in gl. Tũc op. c C. de teſt. l. hac ꝯſultiſſima. §. ſi qs ãt, & l. 2. ſup. de iniu. teſta. Dic, vt ĩ gl. Sed ꝯ hoc opp. de l. cũ qdã. j. de his, qb. vt indi. & l. nñam. C. de teſt. Gl. q̃ eſt hic, dt, & legata, & fideic. reuocari ſine ſolẽnitate, & ſine facto, ſed ĩ hr̃dis inſtõne reuocãda reqriẽ factũ, ꝙ deleat vel cãcellet, vel linũ ꝯcidat, & tunc reuocat ipſo iure. Ad illud † ꝙ gl. dt, ꝙ qñ linum ꝯcidiẽ, teſtm̃ rũpunt ipſo iure, male dicit, & ꝯtrũ no. ꝑ gl. in d. l. nñam. C. de teſt. q̃ dicit, ꝙ ope exce. Item no. in l. hr̃dnas. C. de his, quib. vt ind. Alibi hẽtis glo. quæ diſtinguit, & melius, aut inciditẽ añ teſtm̃ perfectũ, & reuocatur ipſo

ADDITIONES.

a Barb. Non ſolũ. Et limita hunc §. niſi teſtator fuiſſet cã illius inimicitiæ, vide Bar. in l. cum in tabulis, §. fi. ff. de his, quib. vt ind. Videte ad limitationem huius §. ꝙ in l. ſi inimicitię, de his, quib. vt indi. & tene menti. Item limita, niſi inimicitiæ ſuperueniſſent aliq. facto legatarij, tex. eſt no. & ibi Bar. in l. cum in tabulis. § j. inſ. de his, quib. ut indig. * Petrarian. ſuo ſing. 5. in prin. Ruy. conſ. 161. col. j. lib. 4. & Alc. conſ. 628. in fi. I. M.

b Ale. Reuocantur. Et adde, quod licet teſtator faciat codicillos, & non adimat, tñ tacita ademptio durat. l. filio. §. Seia, & ibi Bar. inf. eo.

c Ale. Tunc opp. & vnũ tene menti, quod dicit Bal. in materia, quem omnino vide in l. athletæ, §. det remiſſionem, de excu. tu. per illum tex. quod no.

ipso iure, aut post testm̄ perfectũ, & tunc ope exce. Ita not. gl. s. de test. l. ad testiũ. § si signa. & per Cy. i d. l. nr̄am. hic dr̄ in gl. ꝙ requirit factũ, vel solẽnitas. Cōtra, imo vbi factũ defuncti interuenit, n̄ sufficit, vt i. e. l. ex parte. Gl. dt. ibi interuenit factũ, q̃a incipit aliã volũtatẽ facere, sed prædicta loquũtur, qñ factũ itẽ nienit circa ipsum corpus testi, & bene dt Cy. De hoc ponit gl. vnã longissimam distõnem in d. l. nr̄am. C. de testi. & in l. hr̄ditas. C. de his, qb. ut ind. Dicam in l. j. sup. de his, quæ i testō del. Dr̄ hic, † capitales inimicitiæ, &c. ᵃ quæro quæ dicantur capitales inimicitiæ? Videte intelligo capitalem inimicitiam, quantum est in proposito, si quis itergo fecit meum consanguineum, vel affinem. l. lege Cornelia. in pri. inf. de iniu. adeo, ꝙ repellatur a testimonio, & a consimilib. Idem si non occidit, sed de capitali crimine accusauit, l. qui cum maior. inf. de bo. lib per totam legem. Idem si non accusauit, sed minatᵘˢ est interficere, vt no. in l. licet. sup. de arb. secus tñ vr̄, si auxiliũ pręstiterit ꝯ eum in cã capitali, ar. l. qui cum maior. §. pe. Sed † quę dicantur inimicitiæ grauissimæ. ᵇ videte, inimicitiæ grauissimæ sũt causæ ciuiles omnium bonorum, vt Instim. de exc. tu. §. item ppli tẽ & l. pp litẽ. sup. de excu. tu. Idem puto in omnibus casib. in quibus dicitur fieri atrox iniuria, quas habes in l. pictor. §. atrocẽ. cũ l. sequen. infra de iniur. & Institution. de iniur. §. atrox. Sed quæ dicitur atrox iniuria? hic est offensum qualiter intelligat, & quomodo, dixi in l. liciano. §. ꝙ illicite. inf. de publ. † Vlt. proxi. l. ꝙ iterum. facit ad multa, ᶜ postq̃ facta est pax, non potest opponi ᵈ exceptio illius inimicitiæ, & intelligo pacem esse factam tacite, vel expresse. Item not. † ꝙ si pr̄ exhr̄dauit filium ex iusta causa si post reconciliauit se cum eo, illa exhæredatio vr̄ adempta.

Margin: 3 a 4 b 5 c d 6

ADDITIONES

a Ale. Quæro. Quis dicatur capitalis inimicus, adde ꝙ hr̄ i c. bonæ memoriæ Magis. de ele. & ꝙ no. in c. Ilatriũ, de rescr. in 6. & ꝙ no. i c. pastoralis, de re iu. & no. in l. licet, sup. de arb. Imo dt tex. no. fm Ari. i c. accedẽs, el 2. vel i. nō cōt. quod capitales inimicitiæ pbantur, qñ pbat aliquẽ retinere bona, & uxorẽ alicui⁹, & sic nō solũ ex morte, vel sanguine pprio, sed et bonorũ, & sic secũdi sanguinis secũ. An vl i sup & inoc gl. in Auth. de test. §. si vero q̃s i uerit de crimine, & Bart. & ibi dixi aliqd in l. 3. in pri. inf. de tes. dicit et Bal in auth. si dicat, de test. quod i emittit arbitrio iudicis. & vide Bal. i l. j. in fi. C. si quis pd. po. & uide no. in l. pcurato rẽ, C. de pe. & ibi p Gui. de Suz. & Bal. & Ang. in l. is, q reus, de publ. iud. et quo pbent inimicitiæ. uide Bal. p illũ text. in l. liber, C. de inof. te. et ibi dicit ipse in lan spsius, C. fa. er. ꝙ si q̃s tenet in vinculis, filium tũ inimicitia q semp durare psumitur, nisi contrarium pbetur, et idem dicit in au. h. si dicat, et idẽ Bald. in l. non ignorabit, C. ad exhi. & testis super inimicitia deuet reddere rationem non interrogatus, prout Bald. in l. 3. C. de test. Adde, quis dicitur capitalis inimicus, Bald. consi. 3 10. 4. lib. et consi. 363. 3. li. et q inimicitia presumatur durare, per eundem consi. 161. ᵉ Crau. consi. 31. Ruy. consi. 162. li. 4. Rim. iun. consi. 81. n. 14. inter cōs. matrimonialia. I. M.

b Pom. Sed quæ dicant inimicitiæ grauissimæ. Vide Bar. consi. 62. in j. uol. alias in 4.

c Facit ad multa. Not. ꝙ si statutũ pmittit quẽ impune offendi, uř pmittere eũdem occidi posse. Vide Io. An. in add. Spe. in ti. de hom. §. j in fi. ver. Idẽ dixit, et consulum Bal. in consi. in c. statuto castri Plebis, et uide ꝙ h: in l. nec in ea. inf. de adul. et ibi Bar. et Bal. in suo peculio, in uersi. bannitus, contrariũ dt, uidelicet, ꝙ aut talis est bannitus de crimine, quod ingerit pęnã mortis, et statutũ pmittẽs, quod possit offendi, vř pmittere quod possit occidi, secus si non sit bannitus ex cñe ingerẽte mortẽ, et idẽ dicit Gui. de Suz. in quibusdã suis alleg. p l. Fedus. ibi, ex qualitate, de incen rui. et nauf. et in l. si pus. de pęnis. Et si potest impune offendi, pt ẽt capi, et ad iudicẽ duci, Bal. in l. fi. C. de exhi. reis. Et si mando, ut quem uulneres, tu occidis, teneor de occiso. ic. fi. et not. Bal. in l. cũ mandati, C. man. et hic teneo opi. Bar. q̃ sequit Io. An. in spec. in. tit de consi. §. j. post Mar. de Fa. et ibi uider ad ronem Bal. p l. capitaliũ, in §. in exulibꝰ, e pę, ut de Io. An. in d. loco. itẽ qñ statutum pmittit occidi, et vulnerari permittere vr̄, d. c. j. in l. 3. C. q̃ sit longa consu. quod dixi in l. j. C. un. de ui, et ui de Ang. in l. no. in l. ancus, de lib. et posthu. et qđ no. Bal. in l. si quis non dica rapere, in prin. C. de epi. et clẽ. Adde, an si statutũ permittat offendi, pmittat etiam occidere, Ang. consi. 157. Pau. de Ca. consi. 24.

d Nō pt opponi. Et ista faciũt, si cũ inimico est facta pax, ñ repellat a testimonio, đ quo p Inn. in c. cũ oporteat, de accu. et p gl. in c. p tuas, de simo. in ver. capitales, et no. Inn. in c. cũ te, de re. iu. et ꝙ no. Bal. in l. pscript. C. si cōtra ius dixi post Bar. in l. 3. § j. s. de tes. Adde, an inimicus recōciliatus possit esse testis, Ro. consi. 186. ᵉ Petra san. suo sing. 3. ubi late Pari. consi. 139. li. j. So. iun. consi. 59. n. 19 20. li. 3. I. M.

LEX V.

Sicut. Dr̄ hic, ꝙ translatio in alium inducit tacitam adẽptionem. Cōtra, imo vr̄, ꝙ ambo cōcurrunt ad legatũ. Inf. de leg. §. si cadẽ res. & s. de le. 3. l. re coniunctì. Glo. sol. ꝙ continet adẽptionẽ pro parte. vel ait. distingue, vt dr̄ in l. si plurib. sup. de le. j. do. Dy. dt, ꝙ hoc nō est verũ imo pũnet adẽptionẽ i totũ, vt hic in tex. & inf. l. px. Ad ꝯ ñi rñdeo, ꝙ ibi legatur scdo sine commemoratione primi legati, hic vero fm legatũ fit sub commemoratione primi. hoc pbat. j. de pđ. & de m. l. non ad ea. Istud dictum Dy. est ꝯ casum ᵃ l. Iulianus. in j. an. s. de hær. inst. & l. triplici, de verbo. sig. Dñt quidam ibi loquitur in hr̄ditate, quæ difficilius adimitur hic vero in legato, ar. s. in l. 3. in fi. Videte, istud non est verũ. Nam qñ adẽptio fit in volũtate solẽni, eodẽ mō valet in hr̄ditate, sicut i legato, l. hr̄des. §. sed & si notam. s. de test. & ꝙ no. s. e. l. 3. §. fi. Quare teneamus, ꝙ glo. dicat bene, nisi aliud appareat fm distõnẽ d. l. si plurib. sup. de le. j. Non ob. l. non ad ea all. per Dy. quia ibi fiebat translatio in eandem personam, hic in aliam, quæ facilius præsumuntur, ut no. in simili in §. fi. inf. de stip. seruo.

ADDITIO.

a Ale. Est contra casum. An, & quando uideatur legatum ademptum, hr̄ per Cyn. in l. si Forudianum. C. de leg. per Bar. in d. l. re coniuncti, cum prin. de lega. 3. & in d. l. non idea, & uide Bar. in l. dummodo. §. j. in sfo & Imo. in l. li. falsaquis. in s. & uide Ale. in cons. 169. et in cons. 172. in 5. uol.

LEX VI.

1 *Lex magis sequitur naturam ultimæ uoluntatis, quam contractuum.*

Translatio. Not. tex. ibi, nã cũ dico Item no. tex. ibi, itẽ si pro fundo 10. legent. ꝙ tene menti, quia valebit ad multa. Op. & v. s. ꝙ illi sũt duo rei debẽdi. l. 2. ff. d duob. reis. in princ. Rñ. ibi loquitur in ꝯctib. qui dependent ex uoluntate duorum debitoris. & creditoris, vñ non est verisile, ꝙ creditor uoluerit a primo debitore recedere, nisi aliud appareat iure nouationis, sed hic loquit in vlt. uolun q̃ dependent ex voluntate unius testatõris, vñ non est verisimile, ꝙ voluerit duos grauare. Hęc so. patet hic in tex † In alijs autem dispositionibus magis starem ei, ᵃ ꝙ dicitur in vltimis voluntatibus quam quod dr̄ in contractib.

Margin: 1 a

ADDITIO.

a Starem. Et sic ex hoc sentit Bar. quod lex magis sequitur naturam ultimæ uoluntatis, quam contractuum. Et ita ponderat Are. in c. sicut, tit. de prob. & in cap. fi. de consti.

1 *Legatũ quantitatis in dubio an uideatur duplicatum, ut debeatur bis, vel tantum semel.*

2 *Mutuaui tibi centum, et apparet: item apparet, quod promisisti centum ex causa mutui, intelligitur de eisdem centum, quæ mutuasti.*

3 *Species si pluries relinquatur, an semel uel pluries relinquatur, remissiue.*

Cum centum. Si q̃titas bis relinquatur, bis debentur nisi animo adimendi secunda voluntas fuit expressa. h. d. & ẽ aliq̃ntulũ subtilis. Quæro, † dr̄ hic si testõr voluerit duplicare legatũ, erit duplicatũ, alias non, qd in dubio? Glo. distinguit, an legatũ q̃ntitatis duplicet in eodem testō. & tunc non intelligatis duplicatũ, ᵃ secus si in diuersis scripturis, q̃a tunc vr̄ duplicata q̃ntitas. h. d. Iaco. de Aret. i r̄ sentire ꝯ istam glo. hic, & eius opi. plus placet. Nam hic in fi. legis dr̄, idẽ est & si in codicillis id fuerit factum. Et sic non vr̄ curare, an in eadẽ voluntate, vel diuersis fiat. Quare dicit Iac. op. gl. hẽt locum qñ relinquitur bis eadem q̃titas, secus si diuersæ, q̃a in vna uoluntate est legatũ plus, in alia minus, quare tunc vr̄ duplicate legatum, nisi aliud appareat. Et hic est casus huius legis, & l. si ita sit scriptũ. su. de leg. j. fm Iac. de Are. & fm eo. l. 3. § si ons Titio. Cum ergo sit alia cã in primo casu, q̃ in scđo, legata differunt fm plus & minus. In vno. n. l. in primo casu est plus, q̃ in alio. l. scđo, ideo q̃a est plus in vno legato, q̃ in alio, in quantitate vr̄ duplicarum legatum ẽt in eadem voluntate. Istud vr̄ esse magis cōsonũ iuri, & veritati. Et hoc verum, si intelligamus legatum factũ simplr̄ esse: secus si fm fieret per relationem ad primum, vt si dico, cẽtũ, quæ pure legaui, lego sub cōdõne. Nam tunc licet dictio, quæ, possit facere simplicẽ relationẽ, & possit facere propriam, vt no. hic in j. gl. in dubio intelli de propria, & vera relatione. Hoc probatur in l. Iulianus. sup. de hęr. inst. & l. triplici. §. j. inf. de verb. sig. vnde intelligendo, ꝙ hic fuerit relictum fm relatum per relationẽ ad primum, verum diceret ista glo. quia tunc in hac l. non vr̄ duplicatum legatũ, tñ ꝯ Iac. de Are. facit l. Sẽpronius, s. de leg. 2. Sol. Ibi sunt duæ voluntates, q̃ hñt locum unius, & iō non apparet, q̃ volũtas fuerit prima, & q̃ posterior, & constat testõrem tñ semel reliquisse, ideo in dubio eligemus ꝙ est minus, ut ibi; hic vero constat testõrem pluries legasse. Et iō pro declaratione huius mãæ quidam hñt hic distinctionem per Dy. quare plenius distingue ᵇ sic. Qñ alicui pluries relinquitur q̃titas, aut a diuersis hr̄dib. aut ab eodem. Si a diuersis, a quolibet dẽtur insolidũ. l. seruo alieno. §. si quis a primo. sup. de leg. j. nisi illi diuersi hr̄des habeerentur loco vnius, vt institutu, & substitutu, vt ibi no. Si vero ab eodem, & tunc, aut in diuersis voluntatib. aut i eadem. Si in diuersis, aut legatum est simplex. & in dubio vr̄ velle duplicare legatũ l. quinquaginta. de pb. nisi sint duæ voluntates, quæ loco vnius hñt. l. Sempronius. sup. de leg. 3. Aut legatum est ob vnã, & eãdẽ cãm, & tũc stat vltimo leg. no. l. libertis, quos. in prin. de alim. & cib. leg. Si vero relinquitur in eadem voluntate, tunc aut utrunq; legatũ continet tantundem, aut nō. Primo casu non præsumitur, ꝙ voluerit duplicare, nisi probet, l. plane vbi. §. sed si non corpus. ñ. de lega. j. Si vero non continet tantundẽ tunc aut fm legatum ẽ factũ p relationẽ ad primũ, & tũc stabit ultimo tñ. ᶜ ita pōt intelligi hic, & gl. hic posita. Aut fm legatũ ẽ factũ simplr̄, & pũmit testõrẽ voluisse duplicare, nisi aliđ appeat per verba expsa, vel p dictionẽ taxatiuã, l. si ita, su. de le. j & l. 3. §. cũ Titio. su. eo. Ita debes intelligere istam mãm. Et ista materia † pōt induci ad

Margin: 1 a b c 2

ADDITIONES.

a Ale. Non intelligatis duplicatum. Et intellectũ Iac. de Are. & Bart. hic sequit Pa. de Cast. in l. plane. §. j. de leg. j. et ibi ẽt Bal. et Iac. de Are. et ẽt ita tenet Pet. ibi licet non allegat illum tex. adde Spe. in tit. de test. §. j. uer. item pone, an instituerit filium. ᵉ Quæro. Ruy. consi. 86. nu. 2. libro j. consi. 116 nu. 9. lib. 3. consi. 190. n. 5. li. 4. Ale. consi. 634 nu. 1. 2. I. M.

b Ale. Plenius distingue, Sequitur Pau. de Cast. in d. l. plane. §. si eadem. tñ ille text. in §. j loquitur, qñ qualitates erant diuersæ, nimium ergo. &c. per hanc legem, et sic non probat dictum. Vnde nisi aliud constet, vř idem in legato speciei. l. si ti bi homo. §. j. et ꝙ ibi Bar. de le. j. puncto §. si eadem. tamen pro opi. Bart. est casus in l. si plurib. §. j. et ibi late per Dy. et Bar. de leg. 2.

c Ale. Stabitur ultimo tantum. Facit l. Lucius. §. tr. pbiberum, cum ibi no. de lega. 2. et quod no. Bar. in l. 2. §. li. de du. pra leg.

ad quæstiones. Apparet, ꝙ mutuaui tibi centum. Item apparet, ꝙ postea promisisti cētū ex cā mutui, an intelľr de illis cētū mutuatis, an de aliis cētum? Et ꝙ de eisdem centū intelligitur, vř gl. in l. triplici. ̅J. de ver. sig. & dixi in l. plane. §. 1. ̅s. de le. 1. Et hoc † qñ pluries relinquitur quantitas. Sed si species pluries relinquatur, non dico hic, sed dicam a in l. Mæuius. §. cum, qui. ̅s. de le. 2.

ADDITIO

a Ale. Sed dicam. Et dixi post Imo. in l. plane. §. si eadem, de leg. j. per Dy. & p Bar. late in d. l. si plurib. §. j. de le. 2.

LEX X.

1 *Conditio tacita, quæ venit ex dispositione testatoris, impedit transmissionē secus est si venit ex necessitate, quia non impedit.*
2 *Resolutio conditionalis in contractibus facit primum contractum conditionalem, sed in ultimis voluntatibus sic.*

Si legatum. Ad hãc legem op. ꝙ ademptio ꝯditionalis non impediat transmissionem, ut l. si penū ̅J. qñ di. le. ce. Solue, ut ibi per Dy. & ibi plenius dixi, qa ibi loquiť de condõne, quæ extitit in ipso actu moriendi, hic secus. Itē op. † tacita ꝯdõ non impedit transmissionem. Verū est de ea conditione; quæ venit ex necessitate, secus si venit ex dispõne testõris, ut hic, & l. qd pure. ̅J. qñ dies le. ce. Itē op. ̅s. pro emptore, l. 2. §. si i diem. Bř † solue, aliud in ꝯctibus, aliud in vlti. voluntatibus. Nam in ꝯctib. resolutio condõnalis non facit cõdõnalem primum ꝯtractum: sed in vlti. voluntatibus sic, vt no. in l. ꝯria, sed plenius in l. 2. §. . de in diem addict. in l. magna. habetis in l. quibus diebus. §. quidam Titium. ff. de cond. & dem.

3 *Dominium in legato quantitatis transit recta uia in legatarium, tamē statim incipit deberi.*

Quod si ita legatum. Et mām huius §. habuistis ̅s. eo. l. 3. §. 1. hic dř, si decedat, antequam dies legati cedat: Contra, imo dēt intelligi, si decesserit, antequam accipiat, sicut in fideicommisso vniuersali, l. quidam ita. ̅J. ad Trebel. sed hic † est legatum quãntatis, in quo non transit dñium recta uia, sicut in fideicõmisso vniuersali. Rñ. licet dominium non transeat recta via, tñ statim incipit deberi. sed in fideicõmisso vniuersali est plus, quia acquiritur acceptatio fideicommissarii, & eius factum, ideo quia illud non pt continere damnum, sed legatum, istud tantum modo lucrum.

LEX XI.

1 *electio in legato generis, an sit legatarij, remissiue.*

Qui hominem. Op. ̅s. e. nõ solum. §. 1. Rñ. ibi in legato alternatiuo, hic ī legato gñis. Inducit gl. hanc † legem ad questionem, ꝙ in legato generis est electio legatarii. De qua habetis. ̅s. de le. j. l. legato geneř. & l. hæredes. §. non tantum. ver. si incerto. ̅s. famil. erc.

LEX XII.

1 *Verbis testatoris statur in adimendo id, quod ab ipso conceditur.*
2 *Quis admittitur ad probandum contrarium eius, quod testator asseruit.*
3 *Statutū si aufert ex causa in eo inserta beneficium alieni, tali assertioni nõ statur.*

Diui. In adimendo † id ꝙ a testõre cõcediť, verbis testõris statur. h. d. Op. de le. 2. §. 1. ̅s. ad Syll. vbi dicto testõris nõ statur. Sol. hic testõr uolebat solū auferre bñficiū a se ꝯcessum, ibi vero uolebat pęnā īponere, Itē op. in Auth. vt cū, de app. cog. §. cās. ubi nõ stať dicto testõris inferentis cām exheredationis, nisi probetur. Sol. ibi testõr uolebat auferre filio, ꝙ hēbat a lege. i. ꝙ sibi patri succedat, hic vero uolebat auferre, ꝙ a seipso testatore hēbat, ut hic. Vlterius † quæro, qd si libertus vult probare ꝯnū eius, ꝙ dixit testator, an dēat sibi prodesse; Crederē, ꝙ sic, qa si testõr e trãs hoc dixit, ita ꝙ appareat testõrē errore dixisse, puto, ꝙ ꝓderit sibi. ar. l. ultimæ. ̅s. de hæt. inst. Facit l. epistolã. in pnn. ̅J. ad Tr. † teneas menti, qa faciunt ad multa, ꝑcipue ad statuta, q̄ aufetut bñficia alteri ꝯcessa. Vtrū stetur a causæ appositę in statuto sine alia probatione. solutionem habetis ex prædictis, quod tene menti.

ADDITIO.

a Io. Tho, Vtrum stetur. Adde tu. ꝙ Fran. de Are. in c. 2. de prob. dicit hoc dictum Bar. sin. Et per istud dictum uidetur reddi dubia decisio Bar. in l. ambitiosa charta vlt. de decr. ab ordi. faci. vide ibi, & cogita.

LEX XIII.

1 *Inducta ad diminutionem non important augmentum.*
2 *Ecclesia contra habētem fundum eius in emphyteusim, an agere possit rei vendicatione.*
Dominium regulariter non probatur ex contractu emphyteutico.
3 *Instrumentum treugæ probat guerram præcessisse.*
4 *Positio habita, an sequatur ad positionem priuationis, remissiue.*

Legata. a Quę † inducunť ad diminutionē, non important augmentum. h. d. De hoc ̅s. de le. 1. l. legata inutiliter. & ibi per Dy. inducitur ad plures qõnes. Et quidã ponūt hic duas Prima, si hēs † fundum in emphyteusim ab ecclesia, mõ ecclesia agit rei vendõne, an ex hoc probetur cõpetere rei uendicatio ecclesiæ? vř, ꝙ nõ, quia instřm emphyteusis induciť, vt ius ecclesiæ diminuat, non vt augeatur. Videte, ista qõ recte intelligenti hēt modicum dubij. Nam si quidem ecclesia agit actione personali descendenti ex ꝯtractu emphyteutico, tunc non potest sibi referri qõ dñii. l. si quis conductionis. C. loc. & l. nec creditoris. C. de pig. act. Sed si ageret rei vēdicatione, tūc ex instrumēto emphyteutico non probať b dñium rřr, l. ad probationē. C. lo. & no. gl. in simili, in l. ita ut vel fur. uel ita, ut si fur. ̅s. com. Hæc sunt vera nisi dominus emphytensim eo aĩo recepisset, vt trãsferret dominium in ecclesiã, sñm ea, quæ plenissime dixi in l. si aliquã rē. ̅J. de acq. pos. Secdo Dy. inducit istam legem ad aliud, facta est treuga inter aliquos, vtrum ex instřo treugæ ꝓbeť guerram ꝑcessisse, vt sic finita treuga, remaneat guerra? Hæc lex facit, ꝙ non, quia treuga fit ad diminutionem, non ad augmentum guerræ. Videte, non est dubiū, ꝙ ex instřo treugæ non induciť guerra, sed probatur guerram præcessisse, sicut dicimus de diuortio. l. Iulianus. ̅s. de diuor. & in Auth. qui. mo. na. ef. le. §. qm̃. & facit ꝙ no. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ̅s. de le. 1. De hoc facit, qđ no. dixi in l. decem. ̅J. de uer. obl. Sed utrū † ad positionē priuationis, sequa ť positio habitus, habuistis in l. 3. §. si duob. su. eo. ti. Nõ hētis hic alia.

ADDITIONES.

a Ale. Legata. Istam legem alle. Bar. in l. 2. l. & quia. de iuris. om. iud.
* Vendicatione. Ruy. cõs. 36. nu. 1. li. j. con. 156. nu. 13. & cõs. 160. in fi. & cons. 167. nu. 7. eo. vbi nu. 24. declarat consi. 115. nu. 2. li. 5. consi. 124. nu. 8. eo. Crauet. in respon pro genero. nu. 431. 432. L. M.
b Ale. Non probatur. An per instřm. probetur dñium, & idem per dationem in emphyteusim, adde quæ dixi post Bar. in l. Titia, inf. de sol. adde Bald. & Imo. in l. cū tale. §. si. de cond. & de. & ꝙ no. Bal. & Doc. in l. cum falsa. C. de iu. & fa. igno. in §. quia. in j. const. Co. per Imo. in l. quid. sñ ita, inf. ad Treb.
Io. Fr. Ru. Adde Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua, uer. 52. & ver. 268. vbi plene no. de q. de qua hic per Bar. & idē tenet Ale. consi. 11. inci. viso processu, vo. 4.
* Rub. consi. 95. nu. 14. Plotus inter cons. criminalia diuersorū cõs. 108. nu. 20. L. M.

LEX XV.

1 *Legatum extinctum alienatione, non restauratur, nisi de nouo probetur.*

Cum seruus. a Legatum † extinctum alienatione nõ restauratur, nisi legatarius nouã voluntatem testõris probet. Op. de l. rē legatã. ̅J e. So. fateor, qđ dēt distingui, alienauerit spõte, aut necessario, ut ibi dř. Scđo op. đ ma. test. l. verū est. Sol. Aliud in relicto libertatis, ut ibi aliud in relicto ꝓprietatis, ut hic. Istud uř ꝯ tex. in l. 4. in. c. vbi cessante cã ademptionis, cessat ademptio. Puto, qđ debeamus sic dicere, inimicitię, de quibus ibi loquitur, fuerunt cã uoluntatis testõris, unde cessantibus inimicitiis præsumitur cessare uoluntas adimendi. Sed hic alienatio non est cã volūtatis ademptionis, sed uoluntas pręcedit, quæ oñditur per actum alienationis. Vñ secuta ademptione, ñ sequitur, ꝙ remanet voluntas legandi, quia non est eius causa.

ADDITIO.

a Ale. Cum seruus. Hunc tex. all. no. Bal in l. 3. C. de leg.

LEX XVI.

1 *Statutum, quod campsor debet cancellare rationes, de quibus plenarie fuit satisfactum, verificatur in eo qui scribit sibi satisfactum.*
Scribere sibi satisfactum, & cancellare idem est.

Nihil interest. Hæc lex facit ad qõnē đ statuto cãpsorū, q hēnt statutū, † ꝙ ipsi tenent cancellare rõnes, de qb. fuit plenarie satisfactū. Mõ qdam ñ cancellauit, sed dixit, satis factū est mihi de oĩb. integre. Certe idē est hoc dicere, seu scribere, ꝙ cãcellare, ar. huius legis. Non sunt hic alia.

LEX XVII.

Nihil prohibet. a Gl. op. de l. vbi repugnãtia, de re. iu. & gl. soluit optime.

ADDITIO.

a Ale. Nihil prohibet. Adde quod no. in l. emptor. §. Lucius, in fi. de pac.

LEX XVIII.

1 *Alienatio voluntaria omnino extinguit legatum præcedens, & quando extinguatur, nu. 6.*
Liberalis in necessitatib. nemo existit, & qualiter intelligatur, & nu. 4.
2 *Donare improprie dicitur dans ex necessitate.*
3 *Legatum quibus alienationibus reuocetur.*
5 *Legatum an reuocetur ex alienatione facta, causa fænerandi.*
7 *Legatum fundi non videtur reuocatum, licet alienauerit usumfructum.*
8 *Parte rei alienata, pro ea parte uidetur legatum reuocatum*
9 *Legatum non censetur reuocatum ex pignoratione, nisi sit pignorata ꝓ tanto, quod non sit spes luitionis. nu. 11.*
10 *Donatio facta vxori reuocatur per pignorationem, non tamen per obligõnem generalem omnium bonorum.*

Rem legatam. a † Alienatio volūtaria oĩno extiguit legatū ꝑcedens. h. d. No. tex. ibi, hęc. n. dillõ, &c. Dř i. e, cū nemo in necessitatib. liberalis existat gl. exponit, nemo, q dat ex necessitate, dř donare. Contra, imo † qnq; qs donat ex necessitate, vt su. de tu. & rat. dis. l. j. & l. cū plures. §. pe. & fi. de admi. tut. & l. si seruus seruū. §. si oliuã. su. ad l. Aq. Dicit gl. ibi nõ dř donõ proprie, sed impropie, & bñ dicit, vt plene dixi in l. 1. de don. Sed quæro, b vtrū per istam donationē impropriam, de qua loquūtur leges cõtrariæ, reuocetur legatū. Rñ. nõ, quia ex necessi-

ADDITIONES.

a Pom. Rem legatam. Ad istam legem vide Ale. in l. seruum filij. §. j. ff. de le. j. & cõs. 31, in vlt. col. in 2. vol. Bar. consi. 25. alias 27. in 2. dub.
b Barb, Sed quæro. Et limita, qñ rē legatã vendidit, nec tradidit, neq; ꝓtiū accepit: tunc p illa solã vendõnē nõ vř reuocatum legatū. Casus est aureus in l. ꝓdia. §. liberto. ff. de fun. instr. Scđo qñ hédi dedi ptatem uendēdi rem. l. postq; §. fi. vt le. no. caue. Tertio quando legauit rem, uel æstimationem. l. Lucius. de leg. j.

3 cessitate fit, ergo non reuocat, ut hac lege, cū si. Tn̄ † aduerte tres casus, q̄nq; donatio fit ex præcedenti liberalitate, & tunc loquitur lex ista. Q̄nque donōnē præcedit necessitas, nunc lex ista non p̄cedit, & est casus in l. j. §. i. s̄. de tu. & ra. dis. & l. cū plures. §. cum tutor. de adm. tu. Q̄nq; nō p̄cedit necessitas, neq; liberalitas, sed q̄dam malitia, ut in casu. l. si seruum. §. si oliua. & tunc putarem q̄d hęc lex habeat locum, quia sufficit, q̄ ex necessitate non fiat. Scd̄o

4 mō intelligunt̄ † ista uerba posita in fi. cum nemo in necessitatib. liberalis, &c. i. nemo, q̄ est ī necessitate, liberalis existit. Cōtra istā expositionē vr̄ l. si ego. s̄. si cer. pet. Ista expositio non est vera, quia ēt indigēs pōt liberalis existere. Tertio mō exponit̄. ut in gl. sed te

a ne primam. a Dr̄ hic, si ex necessitate alienat, q̄ legatum nō reuo

5 cat. Sed qd † si aliquis alienas titulo nō lucratiuo, ex volūtate tn̄ vt cā fenerandi, an vr̄, vendere ex volūtate, uel ex necessitate? gl. q̄ ex necessitate. l. seruū quoq;. §. fi. s̄. de pro. vbi verbū, ex necessitate, accipitur. i. titulo nō lucratiuo. Puto ɔ̄trium, quia hic accipit̄ ex necessitate. s. rei familiaris, ut hic, & s̄. de leg. 3. l. fideicōmissa §. si rem. & Inst. de leg. §. si rem suam sed in lege ɔ̄tia aliter sumit̄.

6 Op. j̄. c. l. pr̄ inter filios. † Sol. ibi fuit relictum certę quātitatis, hic species. Et iō vt liqueat ista mā, sic distingue, aut legat̄ q̄titas, aut spēs, aut spēs, & q̄titas, hoc est p̄tium illius spēi, aut legatur aliq̄d alieins. Primo casu dic, ut dicā j̄. c. d. l. pr̄. Scd̄o casu aut ista spēs alienat̄ ab hr̄de, & legatum non extinguit̄. l. seruum filij. §. si procura. s̄. de leg. 1. fm̄ intellectum gl. Aut alienatur a testōre, & tunc aut fuit legatū sub ɔdōne, qui meus erit, uel si meus erit, & tunc reuocat̄ indistincte. l. scribit Quintus. in fi. s̄. de au. & ar. le. nisi aliud loco eius redimat̄, l. filiæ. §. 1. j̄. de cond. & dem. Aut legatum fuit factum simpl̄r, & tunc aut alienatio fit per dissolutionem speciei, vel translationem ad aliam spēm, & reuocat̄ indistincte, l. Seia. s̄. de au. & arg. leg. quasi res desinat extare, ut ibi. Aut alienatio fit remanēte in esse suo, & tunc aut fit ex voluntate aut ex necessitate, vt hic, & d. l. fideicōmissa §. si rē. & insti. de leg. §. si rem Si uero legat̄ spēs, & quātitas, hoc est pretium rei, tunc non reuocatur venditione, legatū, l. Lucius. de leg. 2. Sed si alienatio fieret alio modo puta per donationem in solutum, uel per permutationē, tunc esset maius dubium, tamē dicerē idē ex illo capite, quo pretiū est relictum, quia s̄p pretium peti posset, sicut si relinqueretur res aliena, vel pretium rei alienæ, l. non dubiū. s̄. de le. 3. Si vero relinquitur ius. i. nomen, dic, vt in tex. d. l. fideicommissa. § si rem. s̄. de leg. 3.

7 Quarto, hic dr̄ de alienatione totius. † Sed quid si alienauerit vsumfructum tm̄, an reuocasse vr̄? Gl. q̄ nō, in l. 3. C. de leg. probatur in

8 l. 2. de com. inst. Sed † quid si alienauit partem rei certę, p̄ illa parte extinguitur legatum, fm̄ præcedentem distiōnem. l. si ex toto.

9 s̄. de leg. j. & Instit. de leg. §. si rem suam. Sed † quid si pignorauit? Rn̄. non vr̄ reuocari, vt inst. de leg. §. si rem. circa medium, & l. 3.

b C. de leg. secus in donatione facta vxori, b quæ p̄ pignorationem vr̄ reuocari, vt no. C. de leg. l. 3. & l. fi. §. pe. de don. qd̄ no. q̄a si reuo

10 catur, ergo non ɔfirmat̄ morte. † Sed an c hoc habeat locum in

c obl̄one gn̄ali, si aliquis donat vxori aliquid, & postea obligat oīa bona sua, an per istam gn̄alem obl̄onem vr̄ reuocata donatio? Puto, q̄ non, quia vr̄ ea mente obligatum vt reuocetur donatio, l. cū hic status. § si maritus de do. inter vi. & vx. & quia obl̄o gn̄alis nō afficit rem, sicut specialis quo ad hoc, ar. l. ē dr̄ ia. s̄. in quib. cau. pig.

11 taci. ɔ̄ha. Et prædicta † c ia intelligo vera, nisi res esset obligata p̄ tanto, q̄ nō est verisimile debitorem debere luere, tunc. n. haberetur loco alienationis, l. ante p. in prin. s̄. de le. 3. & l. legata. in fi. sup. de supel. le.

ADDITIONES.

a Alex. Sed tene primam. Et ita consului ego Alex. & est tex. qui loquitur in venditione in l. scribitur. & ibi Bar. de an. & arg. leg. in ver. sed quid si alienauit, & probare vr̄ tex. ibi, & ibi gl. 1. & ibi Bar. in l. fideicommissa. §. si rem. de leg. 3. & gl. in §. si rem Insti. de leg. licet ibi tex, contra. & in l. 3. C. de leg. Sed cui icumbit onus probandi, an ex necessitate, vel ex voluntate, ēt q̄n titulo oneroso alienauit. dico, q̄ hæredi, cui s̄p incumbit onus probandi mutationem voluntatis. dic. §. si rem. Insti. de leg. & l. eum, qui. de prob. & l. Lucius. la. 1. de le. 2. & gl. in d. §. si rem. Inst. de leg. Et adde, q̄ q̄n res alienatur necessitate vrgēte, & sic q̄n non est reuocatum legatum, agitur ad rem, nō ad p̄tiū, l. Lucius, la 1. de leg. 2. & ibi gl. & Bar. & circa hanc materiam vide Bal. in l. 3. C. de le. & ibi Iac. But. qui ponit, quando alienatio præsumitur ex causa necessaria, & q̄n ex voluntaria, sed ipse dicit idem, quod gl. hic, quam reprobat Bar. hic, & de materia habetur plene per Imo. in c. filius, de testam.

b Alex. Facta vxori. Vide l. si maritus, la 2. C. de do. inter vi. & vx. et no. per Cy. in d. l. 3. C. de leg. Et ad id, q̄ dicit hic Bar. de oblig̃one gn̄ali, adde Bal. idem dicentem in l. si non verum. C. de do. inter vi. et vx. ubi etiam idem dicit, in tacita hypotheca, per illum tex. Quid in donatione causa mortis, vide per Dy. Bal. et Imo. in l. Stichum, qui meus erit. de leg. 1.

c Barb. Sed an. An aūt potest fieri obligatio, an donatio, et vide sing. casum in l. de reb. C. de do. ante nup. licet fallat in l. 3. C. de iur. fis. li. 10. et idem in causa pia ut voluit Rom. in d. Auth. similiter.

LEX XIX.

1 Legatum simpliciter ademptum remanet apud hæredem cum suo onere.

2 Legatum si transfertur, transfertur cum onere.

1 **Si adimendo.** Legatum † ademptum simpliciter remanet apud hr̄dem cum suo onere. h. d. Dr̄ hic, si reuocare voluit, quid in dubio? Rn̄. vr̄ nolle reuocare.

2 Et sicut † q̄n legatum transfertur in alium, transfert̄ cum suo one

a re, a ita q̄n simpliciter adimitur, remanet apud hr̄dem cum onere suo, vt hic, & l. Caio, s̄. de ali. & cib. leg. Opp. inf. eod. l. si ubi. Sol. ibi in eadē p̄sona, hic in diuersis. Opp. s̄. de ali. leg. l. Stichus. §. Titia. Sol. ibi fideicommissum ab ipso principio vr̄ limitatum, fm̄ qualitatē præcedentis legati, hic vero fuit simpl̄r relictum, & no.

ADDITIO.

a Alex. Suo onere. Fallit, nisi hr̄s, idēq; legatarius fuisset occasione legati grauatus daliquid dandum cohæredi gratia coæquationis, quia tunc adempto legato, vr̄ ademptum grauamen. l. Pamphilo. §. fi. de le. 3. facit l. alter. inf. e.

LEX XX.

1 Translatio inutilis perimit legatum.

2 Per sequentem contractum inutilem a primo non receditur, secus in vltimis voluntatibus.

1 **Et si transferam.** Inutilis † translatio perimit legatum. a h. d. Opp. de c. non præstat,

a de re. iu. lib. 6. Dic, ut ibi per Dy. Opp. † de le. j. j̄. de noua. & l. si id, q̄. de rescin. ven. vbi p̄ sequentem ɔ̄ctum inutilē, a primo nō recedit̄. Sol. Aliud in ɔ̄ctib. q̄ pēdēt ex volūtate duorū, aliud in vlt. voluntatib. vt hic. & l. plane, in prin. s̄ de le. 1. Opp. de l. legata, in fi. s̄. e. vbi ademptio inutilis nō vitiat legatū. Sol. lex nostra loquitur de translatione inutili, quę ī se hēt vtilē ademptionem. Vnde nō est verū, q̄ ademptio sit inutilis, imo vtilis, sed ibi ademptio in seipsā inutilis erat rōne rei ademptæ, uel incertitudinis personarum.

ADDITIO.

a Alex. Perimit legatū. Concordat tex. ubi Bar. in l. fundū. §. minor. s̄. de fun. instr.

LEX XXI.

Legatum. Legatū filio, vel seruo nō pōt adimi a p̄re, vel dn̄o. h. d. Op. de l. legatum seruo delatū: s̄. de l. 1. & de l. 1. §. p̄ seruū. de suc. edic. Rn̄. hic loquit̄ in adēptione: ɔ̄tria loquunt̄ ī repudiatione. Rō, q̄a repudiato fit, postq̄ cessit dies

a legati. Iam. n. p̄ri, vel dn̄o quæsitū erat, a & iō repudiare pōt, sed ademptio fit viuo testōre, & sic ante diem legati cedentem, & iō non pōt adimi a patre, vel a domino, quia eis non erat datum.

ADDITIO.

a Alex. Quæsitū erat. Reuocabiliter, scd̄m gl. in l. si q̄s ita hr̄di. de cond. insti. Et hęc rō Bar. est bona, & eam tenet Imo. in d. l. legatū, licet Bar. mentionem nō faciat,

LEX XXII.

1 Institutus an repellat ab instōne p̄p graues inimicitias cum testōre ortas.

Ex parte. Inimicitiæ superuenientes, & testm̄ imperfectū hr̄dis instōnē non vitiant, sed legatum. h. d. Op.

a C. de his, qui. ut indi. l. hr̄ditas & j̄. de his, quib. vt ind. l. cum q̄dā. Sol. Dn̄t quidam, q̄ actiones hr̄ditariæ non denegāt ei, ipso iure, p̄ sniam sic, ut hic. Veritas est, q̄d ibi testōr appellauit hr̄des indignos, ideo applicat̄ fisco sed hic indignos non appellauit, sed cępit facere aliud testm̄, q̄ nō p̄fecit. Quærit gl. quæ sit rō diuersitatis inter hr̄dem, & legatariū, dic, vt in ea, quam no. Quæro, vtrum

1 p̄p † cās inimicitiæ tm̄ possit q̄s ab instōne repelli? Et vr̄ q̄ nō, per hanc legem. hoc non vr̄ uerum, si hr̄s institutus præbuerit causas inimicitię, vt quia occidit filium testōris, vel fecit sibi aliquid grauissimum, ut in auth. si captiui, C. de episc. & cl. & auth. liberi furiosi. C. de episc. aud. Sed si testator, uel extraneus dedit causas inimicitiæ, non ipse institutus, tunc habet locum ista lex, quia nō repellitur ab hæreditate.

ADDITIO.

a Ale. Oppo. C. Q̄do intelligatur, & an minus solenni voluntate legata adempta dicantur, vide Bar. in l. si iure. in prin. de le. 3. & uide gl. & Doc. in materia huius l. in l. 3. fideicommissum. C. de fideic. & tangit Imo. in l. si ita scriptum. de leg. 1.

LEX XXIII.

Pater inter. Si ex pecunia legata per testatorem aliq̄d emitur, legatum nō extinguitur, sed ex re empta præstatur h. d. Op. q̄ alienatione extinguatur, vt s̄. e. l. rem legatam. Sol. Licet hic alienauit pecuniam, tn̄ rem emptam retinuit in patrimonio. Op. ɔ̄ hoc, s̄. de au. & ar. leg. l. Seia ab hr̄de, ubi extinguitur legatum, licet res retineatur in patrimonio. Sol. ibi fuit legata species: hic quantitas in genere, q̄ legatum quantitatis licet non fuerit genus gn̄alissimū, tn̄ nō ita de facili extinguit̄, sicut legatum speciei. In gl. in ver. vt in eā, in fi. dū dicit, sed dic, ut ibi, Ibi aūt dicit, q̄ ibi præcessit īstitutio æqualis, vel ex certis reb. quod idem est, l. ex facto, 2. de hęredib. insti. Dy.

LEX XXIIII.

Legatum. Legatum vr̄ transferri cum conditionibus suis, nisi cōditio personę cohæreat. h. d. cōcordat l. Caio. in prin. s̄ de ali. leg.

a **Pater.** a Per donationē inutilē inducit̄ legati ademptio. h. d. Opp. q̄n p̄cedit legatū gn̄s, tūc legatū inutile speciei non derogat gn̄i l. fi. §. fi. s̄. de au & ar. le, Sol. ibi fuit legatum adiecto signo vn̄, sed hic fuit indefinitum. Dixit. n. hortos instructos. Vel dic, aliud in donatione inutili, aliud ī legato. Rō est quia fm̄ p̄positū testōris in vita eius res exit de bonis, vt s̄. de le, 2. l. sequēs q̄. & sic in aliquo est maioris potentiæ, quam legatum, vt ibi euidenter apparet. Dicā in l. quęsitum. §. pen. de fun. instr.

ADDITIO.

a Ale. Pr. Hunc tex. alleg. Bal. in l. filia. in 4. q. C. de leg. & vide Ang. in l. seruum filij. §. idē seruus. de leg. 3. hic vr̄ casus expressus p̄ d. Bar. in rub. C. de ver. ob.

* Socin. sen. consi. 104. col. fi. cir. finem. I. M.

LEX XXV.

1 Prælegatum factum vni hæredum ex causa, si adimatur, videtur ademptū aliud prælegatum alteri hæredi factum, ex eadem causa.

Alteri

Alteri. a Per adẽptionem prælegati vni ex hĕdib factĩ cũ adæquationis, prælegatũ alteri factũ intellr reuocatũ. h. d. No. † q̃ si testator vni hĕdum aliqd prælegat, & pp illã cãm alij cohæredi prælegat aliquid, si adimit prælegatũ vni, intelligitur ademptum prælegatum alteri, licet expresse non sit dictum.

ADDITIO.

a Ale. Alteri. Tene menti istum tex. quia no. & adde l. Pamphilo. §. fin. de leg. 3. Et hanc l. vide Bal. in l. in testamento. in vlt. col. C. de test. mil.

LEX XXVI.

1 *Legatum libertatis videtur extinctum seruo alienato, non autem legatũ alterius rei.*

Si seruo. Alienato seruo, exp̃ssa libertate, adẽptio legati sibi iniũcti tacitã reuocationẽ induerit, secus si adimat̃ ipso manumisso. h. d. In tex. ibi, inutiliter adimatur. dic, i. adimi videatur, inspecto p̃nti tpe. Ibi, peruẽturũ. dic, imo vitiatur, cũ reperiatur relicto seruo proprio, sine libertate, l. seruis C. de legat. Nec ob. qđ d̃t, ademptionem nõ valuisse, imo valet, vt seqtur ibi, & merito, &c. Ibi adẽptio. dic, s. libertatis, & p̃ ɔ̃ns legati libertas d̃r, q̃ p redẽptionẽ postea factã confirmat̃. l. verũ. de ma. test. Quæro de rõne dubitãdi in hac lege? Gl. scđa magna d̃t, quia alienatione extinctũ erat legatũ libertatis, & alterius rei. Vñ qa adimit postea libertatem, tñ vr̃ confirmasse legatũ alterius rei. Ita d̃r gl. ma 1 gna, q̃ inc. s. libertatis. & dic fm̃ Pet. Ri. & si. Et sic hæc † gl habuit pro constanti, q̃ serui alienatione extinguatur legatum libertatis sibi factum, & legatum alterius rei. Et hoc ẽt expressius d̃t glos. j. ibi, tacite reuocata. In eo q̃ gl. d̃t, q̃ alienatione reuocat̃ libertas, d̃t verum, per §. qd si alienatus. quẽ allc. Sed ĩ eo, qđ d̃t, q̃ reuocat̃ legatum, d̃r male, & ɔ̃ l. si in diem. §. fi. inf. de ɔd. & dem. & l. Iulianus nr̃. e. ti. Ita d̃t Ia. de Are. in l. q filio. §. si qs seruũ. s̃. de here. instit. Rõ ergo dubitandi fuit hęc, cũ libertas videat̃ adẽpta alienatione, ergo noua ademptio nihil operabat̃. Ad qđ iuriscõsultus r̃ndet, qa ademptio valet, cũ redimi possit, & p̃ ɔ̃ns reperitur legatum factum seruo proprio sine libertate, & sic non valet, sec. Iac. de Are. & oẽs. Op. s̃. e. l. cũ seruus. vbi redẽptione nõ ɔfirmabat̃ legatum. So. Aliud in alijs legatis, aliud in libertatib. vt ibi no. & d. l. verum, de manu. test. Itẽ op. & vr̃, q̃ finis huius leg. principio ɔdicat, qa ĩ fi. ademptio nihil operat̃, in prin. sic. Quidã dñt, q̃ finis corrigat principium. Hoc non est verũ, qa in fine nullo mõ valet adẽptio qa liber erat. Et si dicis, p̃t iterũ effici seruus, & sic põt iterũ redimi, nõ est bene dictum, quia casum aduersamq; fortunam, &c. l. inter stipulantem. § sacrã, j. de ver. ob. Sed ɔ̃ hoc dictum op. q̃ in libertate spectet̃ aduersa fortuna liberi hois. l. g̃nalr̃. §. si libero hoĩ. de fideic. li. So. In fauorẽ libertatis, vt valeat datio, bñ spectamus cãm, sed in odium libertatis, vt valeat adẽptio, ñ. & sic loquit̃ hic. Et sic est dare casum, ĩ quo valet datio, & nõ valet adẽptio. Op. ex. gl. d. l. si ita scriptũ. §. r̃ña. de li. & posth. vbi non p̃t adimi hĕditas sine libertate, & ecõuerso, hic ñ p̃t adimi libertas sine legato, ergo, &c. Sol. Aliud in hĕditate, vt ibi, q̃ñ seruus est solus hr̃s institutus. Rõ 2 est, qa nõ est hr̃s, cuius aditione adẽptio ɔfirmari a possit, & a seipso adimi nõ pot, hic vero loquitur in legato, & in libertate, & sic vnius aditione p̃t legatũ cõfirmari, ar. l. sed si ɔditioni. §. fi. s̃. de hęr. insti. Dixi in d. §. r̃ña. Vltimo gl. sequendo errorem suum quærit, quæ est rõ, q̃ alienando seruum vr̃ reuocare legatũ, non autẽ manumittendo? d̃t gl. qa datio libertatis non est alienatio, quia hẽt libertum, & nihil allegat, sed probar̃ in l. talẽ. §. j. de hær. instit.

ADDITIO.

a Ale. Confirmari. vide Bal. in l. si ita. §. regula. sup. de lib. & posth. in l. si vnus. §. pactus. de pac. vide Ang. d. §. regula. & in l. sed & cond. §. de hær. inst.

LEX XXVII.

Si seruus. Op. q̃ ista adẽptio nihil valet, qa alienato seruo est extinctũ legatũ, vt s̃. l. p̃x. fm̃ gl. ergo non dẽt adimi, quia est iam extinctũ. Sol. si hẽtis in litera, si reddiderit. Iurisconsl. r̃ndet sic, legatũ extinguit ope exceptionis, & iõ hĕde soluente non hẽret repetitionem, põt ergo legatum valere illo respũ, si hr̃s soluerit. Et iõ illo respũ põt valere ademptio, quo respectu p̃t valere legatum. Istud dictum gl. nõ vr̃ verum, qa titius exce. doli põt repetere, q̃ñ dolus non fuit adhibitus in ipsa obl̃one ɔhẽda, vt no. in l. qui exceptione. de ɔd. ĩd. & l. qui se debere. in prin. d. ɔd. ob turp. cau. Et iõ idẽ iuris est in adẽptione facta, quod est in adẽptione nõ facta. Non est bona ista lec. Alij exponũt, si redit hic seruus ad dñm, redit p redẽptionẽ, & qđ d̃r, q̃ legatum p̃t p̃cedere, verũ est, nisi noua voluntas ɔ̃fidat̃. p l. cũ seruus. sup. e. & iõ põt valere ex noua volunta. Alij hñt in litera, si redimat, & tunc dic vt dixi, quia si noua voluntas, pp illam nouam voluntatem esset recessum ab ademptione prima, vt s̃. eo. l. 4. & sic ista lect. nihil ad propositum. Quare dic, q̃ alienato seruo legato, legatum non est extinctum, per l. Iulianus nr̃. j. de cõd. & dem. & l. qui filio. §. si quis seruum. de hær. insti. & qd hic d̃r, legatum põt valere, si redimatur subaudi. maxime, quia ẽt si non redimatur legatum, nõ potest valere ademptio. Et hæc est vera lec. & ita intelligit Ia. de Are.

Seruo legato. Not. tex. ibi, nouus. i. homo, &c. Cõtra hãc op. ar. l. si chorus. §. fi. de le. 3. Rñ ibi p̃ferebatur noua voluntas, hic secus.

LEX XXVIII.

§. Si hæres. Pro damno dato ab hærede, ante reſtitutionem tenetur actione ex teſtamento, poſt reſtitutionem actione legis Aqui. h. d.

§. Si temporalis. Negligentia hæredis nocet fideicõmiſ. h. d. Opp. ſ. eo. l. facta, §. pe. Solu. ibi fuit hæres negligens in acquirendo hæreditatem, hic circa acquiſitionem ſingularem.

LEX LXXI.

1 *Iſta verba, puto mihi expedire, quando indicant aditionem.*

Omnes. Hæres non obſtante tempore ad deliberandum, cogitur ſtatim adire, ſed ex effectu deliberationis 1 apparebit, an poſſit deducere quartam. h. d. 1 Not. ꝙ poſt tempus datum ad deliberandum, iſta verba, puto mihi expedire, & ſimilia, inducunt aditionem. Ad idem. ſ. e. l. ſed & ſi alio. in pri. Secus a ſi tempus ad deliberandum non præceſſiſſet, ut dixi plene a in l. gerit. ſup. de acqu. hær.

ADDITIO.

a Alex. Vt dixi plene Bal. in l. fi. §. cum igitur. de iure delib. dicit, ꝙ iſte tex. non probat hoc.

LEX LXXII.

Hæres. Si hẽdi reſtituenti fundus retentus euincatur, actio ei de euictione datur. h. d. Op. ſ. de leg. 2. l. cum pr̃. §. euictus. Dicit gl. ꝙ hic hr̃ loco quartæ, q̃ eſt oneroſa ſaltẽ ꝑ parte ibi

ibi, qñ ẽ simplex legatũ. No. hãc so. ꝙ illud, qđ dr̃ ĩ §. euictis, si hẽt locũ, qñ pceptiones hñt onus. qđ licet forte sit verũ in se, tñ q̃tum ad propositũ non pcedit so. qa qñ hr̃s pcepit certã rẽ, in nulla parte sentit onus, l. j. §. si hr̃s, & no. in l. j. §. fi. s̃. e. Vñ alij dñt, ꝙ hic loqr̃ in fideic. q sentit ꝯmodũ ab hr̃de, ibi in hr̃de, q ꝯmodũ non hẽt a legatario. Tu dic, ꝙ hic loqr̃ in hr̃de, cui quarta est delata ex dispositione legis, nõ defuncti: vñ euicto fundo, q loco quartæ dabar̃, sibi succurrit. Cõtrariũ loquit̃ in eo, q hẽt exceptionẽ tñ ex dispositione defuncti. Op. de l. cum alienã rem. C. de le. Solue ut in gl.

ADDITIO.

a Ale. So vt in gl. Quam etiam sequitur.

LEX LXXIII.

1 *Cessione facta contra principalem, an videatur facto contra fideiussorem.*

Si hæres. Actiones, q̃ ꝯpetũt hr̃di ex sua pmissione, ñ trãsferunt, fca restõne p Tre. sed noua cessione opus ẽ, h. d. Op. s̃. de pe. hęr. l. ĩrẽ venũt. ĩ prin. & §. j. Sol. dicit glo. intelligo hanc fm illã, vt distinguat̃, an fenerauit noĩe pprio, an hr̃ditario. Hoc nõ placet. Istę. n. actiones nõ trãseunt, qa nõ fuerũt ĩ hr̃ditate tpe mortis, ẽt si noĩe hr̃ditario ꝯxisset, vt patet hic an scđo rñ. & s̃. e. l. q ita. §. in dãnũ. Nõ ob l. ex ꝯtra, qa, ar̃ assumit̃ hr̃ditas hic, ar̃ ĩ ti. de pet. hær. Nã ibi inspicit̃ qualis est hr̃ditas tpe, quo restituit̃, ideo a fructib. hr̃ditas auget: sed hic inspicit̃ hr̃ditas, qualis est tpe mortis, d. §. si dãnũ, iõ fructib. hr̃ditas ñ auget, a vt s̃. e. l. ĩ fideic. Vel dic, ꝙ verũ ẽ indistincte ꝙ actiones nõ trãseũt p Treb. Sed an sint cedẽdæ fideic. vel nõ, dẽt adhiberi dcã distinctio, an ꝯxerit noĩe pprio, an hr̃ditario, & sic loqr̃ ista gl. Op. ĩ. de fideiu. l. hr̃s. Glo. dat multas so. tene primã, ꝙ actiones trãseunt cessione fcã, ñ ipso iure, vt hic. Op. de ꝯst. pec. l. si post. Soluit gl. optime, ꝙ ibi trãseũt fcã cessione. b Op. de pactis. l. si tibi. §. cũ possessor. Gl. hic, & ibi ponit multas so. Illa vera, ꝙ ibi loqr̃ in possessore, q nullũ ius hẽt ĩ hr̃ditate, hic l eo, q verus erat hr̃s, & hẽt ius, licet alteri restituere teneretur, vt ibi dixi. † Quæro, vtrũ facta cessione ꝯ principalẽ videat facta cessio ꝯ fideiussorẽ, & pignora, ipso iure? Tex. hic vr̃, ꝙ nõ. Ad idẽ. ĩ. de fideiuss. l. hæres a debitore, in prin. & s̃. d hæ. vĩ ac. vẽ. l. cõptori. In ꝯtrũ. C. ad ac. & ob. l. si in solutũ. & l. seq. & d. l. emptori. In ꝯtrũ Azo in summa. C. de hær. ven. circa fi. Rñd. rĩr facta cessione ꝯ principalẽ trãseunt actiones ꝯ fideiussores, & pignora, ut dictis ll. Fallit hic, & in d. l. hr̃s. ĩ. de fideiussorib. Rõ, qa hic loqr̃ đ trãslatione actionũ, q̃ fit p Trebellianũ, sed p Treb. ñ extẽdit̃ ad actiones ẽt accessorias post mortẽ defuncti q̃sitas. Sic fallit ĩ l. emptori. C. de hæ. ven. qa ibi hr̃s vendit hęreditatẽ, in qua non ꝯtinent̃ actiones pmissione hæredis q̃sitæ. Quæro, an cessione facta ꝯ vnum ex c duob. reis, videatur facta ꝯ alium? Dic, vt l. c qui duos. s̃. de leg. 2.

ADDITIONES.

a Ale. Non augetur. Adde tamen ꝙ ius excipiendi bene transibit sine cessione, tex. est no. in l. sicut. §. j. inf. quib. mo. pi. vel hyp. so. & not. hic Imol. in fi. post glo. licet prædictum tex. non alleget.

b Ale. Facta cessione. Vtrum cessio facta contra principalem extendatur ipso iure contra fideiussores, & pignora, & sic an cessa principali, videatur cessa hypotheca, bene facit ad no. per Bar. in l. fideiussor obligari. de fideiu. & no. in l. hæres, in prin. de fideiu. hic alle. & dixi in d. l. si fideiussor, per Bar. in l. 1. ver. quæro, testator legauit mihi centum. adde quod no. per Iac. de Are. Bal. & Imo. in l. dotalem. cum seq. so. ma. * Menoch. Soc. Ien. consi. 18, col. j. lib. 3.

c Ale. Dic, vt l. vide Bar. in l. non quocunque. §. qui Caiam. de le. j.

LEX LXXIIII.

a **Qui filiũ.** a Qui iubet aliquẽ non facere testm̃, vr̃ rogare de hæreditate restituenda hæredib. veniẽtib. ab intestato. h. d. Tene menti istum casum, quia pulcher est.

ADDITIO.

a Qui filium. Et facit gl. no. & ibi Bar. in l. Lucius. la 2. sup. de hær. inst.

1 *Annus cæptus fauore filij, habetur pro completo.*

2 *Grauatus ĩ restituẽdo, cũ fili⁹ decesserit, tenet̃ restituere, & si decedit cũ filijs.*

3 *Agitur de verbis legis, ad verba testatoris.*

1 **§. Sabinus.** † Fauore filii annus cęptus hr̃ p ꝯpleto. h. d. Op. đ ꝯd. & de. l. ñ putabã. So. Fallit hic fauore filij, qđ dic plene, vt dixi. s̃ đ le. j. l. si cui. Op. qñ filius grauat̃ restituere post mortẽ, intelligit̃, si decesserit sine liberis, vt s̃. de cõdi. & de. l. cũ auus. & l. cũ acutissimi. C. de fideic. Sed hic iste filius decesserat cũ liberis, ergo non dẽt restitui fideicommissum honorato. Rñ. qñ filius grauatur restituere post mortem, intelli̇r, si decesserit 2 sine liberis, vt in ꝯrio, secus † si aliqs grauatur a de restituendo, cũ a filius decesserit, tũc. n. non inest illa ꝯdõ, vt hic, qđ tene menti. Di 3 xi in d. l. cũ auus. Vltimo † nota, q̃uo arguitur de verbis. l. ad verba testõris. Simile ĩ l. si fuerit ita. ĩ. de ma. re. & C. de ver. sig. l. cũ qdã.

ADDITIO.

a Menoch. grauatur. Scripsi plura in cons. 435. lib. 5. quod responsum reddidi super testamento D. Hieronymi Fulginei. & retuli ad Bar. sup. in l. Paulus. la 1. ff. de rebus dub. Adde Soc. iu. in consi. 100. nu. 8. lib. j. Dec. consi. 381. nu. 8. in fine.

LEX LXXV.

Epistolã. Defectus causæ de futuro, facit legatũ deficere. h. d. Et gl. hic ponit casum. Op. falsa cã non vitiat legatum, vt s̃. de ꝯdi. & dem. l. cũ tale. §. falsum. So. hic fideicõmissum erat magnum, ideo p̃sumit̃, ꝙ reliquisset si falsam cãm sciuisset, fm quosdã. Tu dic, ꝙ ibi loquitur in cã de p̃terito, hic in cã de futuro, q nõ est proprie cã, sed magis rõ, q̃ adeo adhæret legato, ꝙ a si est falsa perimit legatũ, a vt s̃. de le. 2. l. cum pr̃. §. dulcissimis. Possit ẽt dici, ꝙ cũ ista sit cã de futuro, dicat̃ ꝯdõ. Facit ĩ de leg. j. l. Stichũ. q meus erit. & s̃. de le. 2. l. Impator. Quero in q̃tum tenet Cornelius? Gl. dr ad duas vneias, sed Ia. de Are. dicit, ꝙ cum portio Sempronij restitui ad ipsũ restitutũ pfecte ptineat, & ẽt medietas portionis matris. Cornelius dẽt retinere in trib. vncijs, l. cũ pr̃. §. cum existimaret. s̃. d e le. j. Hoc innuit iste tex. dum dicit, pro rata.

ADDITIO

a Ale. Perimit legatum. Bar. hic refert, & sequitur Ro. in cons. incip. omnipotentis Dei, & c. in presenti consultatione, eo quia mihi dubitatissima, in 2. dub.

§. Mulier. In dubio qñ qs rogat̃ restituere ei a quo accepit, est intelligẽdũ post mortẽ suã, h. d. Op. s̃. e. l. vbi pure. So. Ibi ille cui debebat fieri restõ, erat in ptãte alterius, hic erat sui iuris. Op. si dies non appõ subintelligitur tp̃s sui iuris, hic subintelligitur, fideicõmissum est purũ, vt s̃. de ꝯd. & de. l. j. hic subintelligit tp̃s mortis, qa alias oĩno fideicõmissum esset inutile, si illud qđ a te recipio, incontinenti tibi deberem reddere, l. q sic. ĩ. de so. Sed si aliud tp̃s esset limitatũ, illi staretur, vt s̃. eo. l. si hr̃s institutus. & ad l. Fal. l. si a me. & sic intellexi. l. cũ filio. sup. de le. j. vt ibi dixi.

LEX LXXVI.

1 *Substõ directa fcã ĩ codicillis trahit̃ ad fideicõmissũ, ẽt si fr̃es sint ĩ medio.*

2 *Verba directa quando trahantur ad fideicommissum.*

3 *Tacita substitutio, quæ venit ex interpretatione, quando admittatur contra matrem, vel fratrem defuncti.*

4 *Vulgaris tacita, q̃ cõtinetur ĩ expssa pupillari, nõ valet, vltra tp̃a pubertatis.*

5 *Quis quando est simul, & eodem tempore grauatus, & honoratus, an illud quod iure fideicommissi percipit, veniat in restitutionem.*

a 1 **Scæuola respõdit** a † Substõ directa fcã in codicillis trahit̃ ad fideic. ẽt si sunt fr̃es in medio. h. d. Op. verba ñ trahũt̃ ad fideicõmissum, l. Cẽturio. & l. verbis, s̃. de vul. & pup. Sol. ibi, † qñ ab initio pñt iure directo valere, sed si nõ pñt, vel rõne volũtatis, qa in codicillis: vel rõne personæ, cui nõ p̃t directo substitui, tũc trahunt̃ ad fideicommissum, b vt hic, & no. in d. l. verbis ciuilib. Ia. de Are. dt, ꝙ nitoq̃ directa trahuñt ad fideicõmissum, vt ĩ ꝯtrijs. Nõ ob. hæc lex qa fuit hic verbũ substituo, qđ ẽ cõe, iõ trahit̃ ad fideicõmissum. l. cũ qs. §. Sciã. s̃. de leg. 3. Puto gl. verũ dicere, & hic est tex. expressus p ea. ponit nq substõ de rigore iuris nõ valeret, qa directa, sed ex benignitate trahitur ad fideicõmissum, sed fm cũ esset de rigore. Pro hoc s̃. eo. l. ex facto. in prin. & l. filius. §. vt qs. s̃. de leg. j. & p Cy. in l. p̃cib. C. de impu. & alijs subst. & ibi tãgit hanc opi. Ia. de Are. Op. † ñ mr̃ † est in medio, tacita substõ, q̃ venit ex interpretatione, non admittitur ꝯ cã, d. l. p̃cib. & l. fi. C. de inst. & subst. eodẽ mõ nõ trahit̃ ꝯ fratrem filij defuncti, vt tenet Gul. in d. l. p̃cib. & ego dixi in l. 2. s̃. de uul. & pup. sed hic frater erat in medio, ergo & c. Solu. Qñ substõ facta a testatore valet in vnũ casum, nõ porrigitur ad aliu in ex legis interpretatione fauore matris, vel fratris, vt in ꝯtrijs: sed qñ substõ esset alias oĩno nulla, tunc admittit interpretatio, & valet eo mõ, quo valere põt, ẽt si mater, vel frater fuerit in medio, & ex hoc sdant, vt hic. Quæro, quanto tpe valet illud fideicommissum? Dyn. not. c dicit, c ꝙ vsq; ad tẽpora pubertatis durat, postea euanescit, l. si Ti-4 tio. §. fi. cũ l. seq. s̃. de leg. j. & ibi dixi. Et per hoc Doc. † dñt, ꝙ tacita vulgaris, quæ continetur in expressa pupillari, nõ valet vltra tẽpora pubertatis, l. qui habebat. de vulga. & pupil. substitu. de hoc

per

ADDITIONES.

a Scæuola respondit. Limita hanc legem, vt per Ang. in l. hæreditatis. C. de his, q̃ vt indig. et p Ang. in l. illud. §. tractari. s̃. de iure codi. et ad materiã huius l. adde, ꝙ cl̃a codicillaris operabitur, ꝙ si aliqua verba directa apposita in testõ aliquo tpe non pñt valere vt directa, valebunt vt fideicõmissaria. Vnde si testator instituerit filiũ pupillum, & dixerit, si filius meus decesserit sine liberis, talem instituo, vel talis hr̃s esto, et contingat filium mori in pupillari ætate, substõ illa, si decesserit, erit fideicommissaria, pp dictã clausulã codicillarẽ. Nã exponitur, si, i. quatenus. i. super, vel pro ea re, vel p eo tpe, quoties, etc. ar. l. Stichum, q meus erit. de le. j. et uide quod no. Bar. in l. j. in 9. q. s. de iure cod. sic debebat limitari quicquid no. Bar. in l. centurio. de vul. et pu. Et ista publice tenuit Anto. disputando, ut refert in c. Ray. de test. vbi ita tenet. Et p hoc bene facit l. si frater. C. de fideicõ. et gl. tnit. de pup. subst. § masculo. et est de mẽte Bar. in l. j. in 16. q. s̃. de iure codic. et ẽt reperio idẽ uelle Mat. Mathe. in fin. suis, fin. 48. qđ tene menti, et Imol. in l. verbis, de uul. et pup. ubi hoc ponit Bal. et Ang. ẽt in l. in pupillari. c. ti. et Ang. in l. j. de iure codi. et dixi aliquid in d. l. uerbis. sed Pa. de Ca. in l. precib. C. de impu. et alijs subst. dicit, ꝙ licet Ang. et Ful. idẽ ibi teneant, tñ mihi facit dubiũ fm eũ, quia illa lex cum sim. l. loquitur, qñ uerba directe prolata in codicillis, si fuissent prolata in testõ, ualuissent iure directo, alias secus, ne maioris efficaciæ sint codicilli, quàm testamentum. Sed in casu nr̃o substitutio per uerba directa in testõ nõ extẽditur ultra tp̃a pupillaris ætatis, immo in totũ exspirat fm opi. gl. in d. l. Cẽturio. cũ concor. ergo, etc. dicit tñ, ꝙ in iudicando, et consulendo nõ recedit a cõi. Tu rñde, ꝙ dictũ ar. non ob. qa uidemus, ꝙ seruo alieno in testõ directo libertas fieri nõ pñt, nec trahitur ad fideicommissum. l. si seruus legatus. §. si seruus. et ibi no. de le. 3. et tñ si data fuerit in codicillis directa, trahitur ad fideicõmissum, l. 2. §. j. in fi. et ibi ita sentit gl. fi. et ibi expresse Iac. de Are. et An. s̃. de iure cod. Præterea ea cl̃a codicillaris facit, ꝙ testor vr̃ velle testm̃ valere iure fideicõmissi, l. fi. C. de cod. iõ non sunt maioris efficaciæ codicilli, quã testm̃, qa nõ est dubiũ, ꝙ testor ẽt in testõ valido iure testi potuisset disponere, ꝙ volebat substõnem factã per verba directa valere iure fideicommissi, ac si esset facta p verba obliqua, adde Pau. de Cas. cons. 123. & 256.

b Ale. Ad fideic. Et eo mõ intelligit Bal. in l. nõ codicillũ. C. de tes. * Men. Par. cõs. 62. n. 2. li. 2. consi. 74. n. 15. eo. lib. 2. cons. 21. n. 2. li. 3. cons. 68. n. 3. li. 3.

c Ale. Dy. no. dicit. Adde Bar. in l. si frater. C. de fideicom per Io. An. in c. si pater, de test. in 6. in nouella, per Cy. in d. l. precib. in fi. ad q Bal. cons. 343. 4. lib.

per Doc. ĩ d. l. precib dixi in l. j. ff. de vul. & pup. dic. ut ibi Venin ad ver. q si inuicẽ. q̃ro de eius intellu? Glo. ponit, q plures substitu ti pupillo, fuerunt inuicẽ substitutii, q̃ substõ vr̃ facta i eo. qđ substituti ẽcipiẽt iure fideicõmissi, & vno substituorũ mortuo, alijs debetur totũ. Vel potes ponere, q duo fratres, de qb. dixerat, fuerãt inuicẽ substituti, & vlti. decedẽs fuit rogatus restituere alteri. Nã nõ solũ in eo, qđ habuit iure instõnis, sed ẽt in eo, qđ habuit iure fideicõmissi a primo decedẽte, vr̃ grauatus ẽ restituẽdo. Et vr̃ casus illius qõ. q̃ feci in l. Marcellus. §. qdã. ff. e. qñ qs est a sĩr eod. tpe honoratus, & grauatus, an illud, qđ iure fideicõmissi percipit, veniat in fideicommissum? Pro hoc facit ff. eod. l. hr̃des mei. §. cũ ita. licet ibi fuerint verba spãlia. Facit l. Lucius. §. tres hr̃des. j. eo. licet ibi fuerint verba gñalia. Pro hoc l. si Titius. ff. de le. 2. sumpto arg. a ꝯrio sensu. b Hoc ꝓbat rõne. Certũ est, q ordo intellẽs attẽditur magis, q̃ ordo scripturæ, l. cũ pr̃. §. fidei tuæ ff. de leg. 3. & l. nõ. n. de sol. & ibi p Dy. Vñ pone, ĩstituit qs tres filios, & rogauit, vt si qs eorũ decesserit sine liberis, deueniat de vno in aliũ: certe ordine scripturæ attẽto sĩr, & eisdẽ verbis, qlibet est grauatus, & honoratus. Nã ĩ eo, qđ alij grauant de restituẽdo sibi, ẽ honoratus. ĩ eo, qđ ipse grauat de restituẽdo alij, est grauatus, tñ in ordine intellẽs pri' honorat, & sibi relinqt, q̃ grauet. Nã testõr ĩtellexit hoc ordine, vt primo moriẽs restituat duob. supermanẽtib. scđo moriẽs restituat tertio superuiuenti: & sic iste scđs fuit primo honoratus, secundo grauatus in ordine intellẽs: merito qđ accipit iure fideicommissi a primo, venit in fideicommisso, qđ ipse dẽt scđo. Contra prædicta facit l. pr̃. §. quindecim. ff. de legat. 3. sed ibi fuit noĩatim grauatus de parte sua, ideo qđ hẽt ab alijs, in fideicommissum non venit.

ADDITIONES.

a Men. Quis est. Alc. consi. 66. nu. 8. 9. et 10. lib. 3. Cephal. consi. 471.

b Ale. A cõtrario sensu. Parũ facit, ut ibi p Bar. licet gl. ibi, hoc velit. Adde, q cũ decis. Bar. hic in fi. transit Pau. de Ca. hic, Ro. cõs. 18. et Pau. de Cast. j. eo. l. Lucius.

LEX LXXVII.

1 *Cõdõ, si habuerit liberos, quomodo differat ab illa, si decesserit sine liberis.*

Hæredib. Condõ de educandis liberis, nõ reqrit liberos mortis tpe superfore. h. d. Op. ff. e. l. ex facto. §. si qs. Sol. Condõ, † si decesserit sine liberis, intellr̃, q tpe mortis liberi superuiuãt. vt ĩ ꝯrio, qa illa verba, sine liberis, determinãt verbũ decesserit. vñ tps mortis ĩspicit. Sed qñ dico, si liberos educauerit, vel si liberos habuerit, tũc sufficit, q eos habuerit in vita, licet nõ tpe mortis, qa quocunq; tpe, hæc ꝯdõ verificatur, ut hic, & l. fi. C. de indi. vidui. & l. eum vir. & l. solemus. de cond. & demon.

1 *Verba, si decesserit sine liberis, debẽt intelligi de his, quos rogatus hr̃e põt.*
2 *Habere filios naturales magis abhorretur in fœminis, quam in masculis.*
3 *Filius naturalis facit deficere fideic. qñ extat statutum, q succedat ab inte.*
4 *Pater si instituto filio in sacris existenti, & grauato, si decesserit sine filiis, de qb. intelligatur, & qd si dixerit, si decesserit sine filiis ex suo corpore.*

a 1 **§. Titius.** a † Verba, si decesserit sine liberis, debent intelligi ẽ his, quos rogatus hr̃e pt̃. h. d. Op. ff. e. l. ex facto. §. si qs rogatus. & C. de insti. & subst. l. gñalr̃. §. fi. Gl. dat tres sol. & q̃libet magis singularẽ. Primo ꝯria loquunt in masculo, hic in fœmina, cui naturalis soboles succedit, nisi mr̃ sit illustris. Hoc vr̃ mi b hi, q nõ sit ꝯgruũ volũtati testõris, b q̃ principalius inspicitur, d. §. 2 si qs. Nã † in fœminis magis est horrendũ hr̃e filios naturales, q̃ in 3 masculis, ſm mores nr̃os. Tñ gl. † facit ad q. statutũ c est hic, q fi- c lij naturales succedant ab intestato. Certe tales naturales faciunt deficere ꝯdõnẽ fideicõmissi, qa sunt tales, q tanq̃ legitimi succedũt, ut hic, ſm hãc glo. Scđo sol. q hoc iõ, qa pr̃, ideq; testõr talẽ filiã tali ꝯiunctione copulauit: hęc latis est bona. Vel dic, q hoc iõ, qa hæc furiosa nõ poterat hr̃e maritũ. Vñ de necessitate illa verba intelliguntr̃, si decesserit sine liberis naturalib. hæc est bona, & not. d Facit d ad q. † Pr̃ instituit filium in sacris ordinib. ꝯstitutũ, & adie- 4 cit, si decesserit sine liberis, bona deueniant in tale, q̃ritur de intellectu istorũ verborũ, an intelligaut̃. si decesserit sine liberis, s. spurijs, cũ legitimos hr̃e nõ possit? Rñ. q debẽt intelligi de filijs legie timis tñ, quos hr̃e pt̃. s de ecclia, ev̄ in Auth. de san. epis. §. sed & hoc ꝓfit. Sed qd si adiecerit, si decesserit sine liberis ex suo corpo f re descendentibus? Rñd. q istud fideicõmissum est nullum. f Sicut. n. fideic. relictum a muliere, si nõ nupserit, est nullũ, qa p hoc vr̃ ei indicere viduitatẽ, q nõ nubat: & si nubat, imponit pœnam fideicõmissi, iõ nõ valet. l. quones. ff. de cond. & dem. Ita hic vr̃ filiũ in sacris ordinib. ꝯstitutũ inuitare, ut fornicetr̃: & si ñ facit, grauat eũ fideicõmisso, merito fideicõmissũ ẽ nullũ. Nõ ob. hęc lex, quia hic loqtur in filia furiosa, ĩ qua pctm̃ ñ cadebat, cũ ñ hr̃et intellm̃.

ADDITIONES.

a Ale. Titius. An casus huius §. verificetur in filijs adoptiuis, cogitabis per l. fideicõmissum sup. de cond. et dem. et not. gl. et Bar. in l. si quis posthumos. in prin. de li. et posth.

b Alex. Voluntati testatoris. Bene facit text. in l. hac parte. et in l. si spurijs. inf. vnde cog. et quod no. Bal. in l. generaliter. C. de insti. et quod legitur, et not. in l. si qua illustr. C. ad Orfi. et vide Imo. in d. §. si quis rogatus.

c Men. Statutũ. Ruy. consi. 26. nu. 13. lib. 3. sic ẽt intelligitur si sit legitimatus excludit substitutum, et si testõr esset positus in dignitate. Idem ego respondi. cõs. 458

d Men. Facit ad q. Cur. iun. consi. 193. n. qui declarat, Beto. consi. 73. nu. 11. li. 2.

e Ale. Scilicet de ecclesia, Ecclesia pr̃ filius legitimus. Adde quod no. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. et qđ no. Bar. in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. et qualiter monasterium habeat loco filij, licet cõtrar dicatur, q sic. limita, ut per Bal. in c. 1. de eo, qui ar. bel. deposuit. et contra stat. hic tenet Ang. in l. si quis posthumos. de liber. posth. in prin. uide per Imo, et Bal. in l. generaliter. §. j. C. de insti. et subst. et vide quod no. Bal. in c. j. §. naturales. si de feu. fue. controu.

f Ale. Est nullum. Adde no. per Bar. in l. liberorum. de uerb. sig. per Bal. in l. Deo nobis. in prin. C. de epi. et cle. et no. Doc. in d. auth. nisi rogati. et adde Ab. in cap. in præsentia, de prob. vbi transit cum Bar. Men. Dec. consi. 425. nu. 15.

LEX LXXVIII.

a **Lucius.** Pñr aliq grauari de bonis adinuicẽ cõicandis. h. d. Quæro, pro qua parte a cẽsit colaiti. fi. le, æqualr̃. l. fi. §. Lucius. j. de leg. 2. Nec ob. j. e. a. l. §. filiã. vt ibi videbitis. Facit ad q. testator rogauit filios suos, vt diuiderẽt æqualiter, quid importent hæc verba? dixi in l. cum pater. § dulcissimis. sup. de leg. 2.

ADDITIO.

a Poma. Pro qua parte. Vide Bar. consi. 168. Men. Soc. sen. consi. 73. col. 8. lib. 3. et cõsil. 108. col. j. lib. 3. et consi. 4. nu. 11. 12. lib. 4.

§. Mæuia. Nudi executores testõrũ de his, q̃ sunt ad pias cãs, ꝯ hr̃des actiones nõ hñt. h. d. Opp. C. de epi. a a & cle. l. nulli. & l. si quis. & l. alio ff. de ali. leg. Sol. ibi spãle est in relictis ad pias cãs. dixi plene in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. Opp. de an. le. l. Quintus. in fi. Rñdeo, licet isti meri executores non habeant actionem, vt hic, pñt tamen officium iudicis implorare, vt ibi.

ADDITIO

a Ale. Op. C. Hic est tex. q in testamento potest dari curator hæreditati, et eum ad hoc alle. Bal. in l. j. C. de sen.

1 *Controuersiam non moueri, qualiter intelligatur.*
2 *Quæstionem non facere, & non facere controuersiam, an sit idem.*
3 *Legatum factum monacho cum hoc, q si Abbas eum molestet, deueniat in talem, an Abbate molestante, sit locus fideicommisso.*

a **Tres hæredes.** a Portio, in qua est institutus seruus p fideicommiss. manumissus, ei debet iure directo, nõ per fideic. Item qđ iure fideicõmissi pcipit̃, venit in fideicõm. s. p gñalia verba relictũ. h. d. Opp. ff. e. l. cogi. §. si seruo. 1 Solu. hic addit sponte, aĩs cogi nõ potuisset, vt in ꝯrio. Quęro, † dẽ hic, si mouent cõtrouersiã, qñ intelligatur controuersia moueri? Gl. dicit, de iure, vel de facto, in iudicio, vel ext. qđ not. Facit ff. de pe. hære. l. diuus Pius. in prin. & C. de transl. si quis maior. In ꝯrium. j. rem ra. hab. l. amplius nõ peti, & ibi dixi plene. Quæro, quid si aliqs relinquit monacho, vt Ab. ei nõ faciat qõnẽ, sed si faciat, deueniat in talẽ? Dicit glo. q eo ipso q Abbas molestat, est locus 2 fideicõmisso. † innuit gl. q idẽ sit dicere, nõ facere qõnẽ, & nõ facere ꝯtrouersiã, qđ no. Facit qđ no. in l. q fidẽ. ff. de trans. In ꝯrium facit, C. tmi. regun. l. 3. & 4. & qđ ibi no. s. q verbũ, qõ, reqrit litis ꝯ- 3 testãnẽ. Dic vt dixi in d. l. amplius, rẽ ra. ha. Itẽ dicit gl. † q Abbate molestãte locus est fideicõmisso, licet qdã ꝯ. Certe q dñt ꝯrium, vñt dicere meli'. Nã illa ꝯdõ, vt Ab. nõ faciat qõnẽ, vr̃ turpis: ẽ. n. b ꝯ rlamb monachorũ, q̃ vult, q monachus nihil hẽat, vt extra ẽ statu mon. c. cũ ad monasteriũ. iõ non valet tale grauamen appositũ Abbati. Sed si esset tale relictum qđ valeret in monacho, ut si relinqueret ꝓ alimentis, q̃ pñt relinqui ẽt seruo, vt ff. de le. j. l. seruo alieno. §. j. de his q̃ pro non scriptis, l. 3. & l. legatum. de capi. di. tũc forte ꝓcederet dictũ gl. ꝯ ꝓdicta vr̃ facere, quod dixi in l. si alienũ. in prin. de hær. inst. sed non ob. si bene inspiciatur.

ADDITIONES.

a Ale. Tres hæredes. Gl. dicit. Quando dicatur controuersia mota, adde Bal. in l. 2. C. de trans. et in l. causas. eo. tit. adde Car. consi. 25. et de uerbo, reuerti, posito in tex. vide Pau. de Cast. hic. Et vide in Ale. in consi. 77. col. 5. et ibi, q molestare, et controuersiam mouere, æquipollent.

b Ale. Contra regulam. Adde Barb. in auth. excipit. C. de bon. q̃ lib. et Bal. in l. j. C. de his, q̃ poe. nom. bene faciunt no. in auth. ingressi. C. de sac. san. ecc. et dici t Bal. in auth. licet testator. de epi. et cle. ibi esse tex. contra hanc glo. vide ibi. Et hanc gl. dicit esse no. in l. fi. in ver. pen. quæro. de act. emp. Adde cons. 4 t. 2. li.

§. Pater. Portio deficiens accrescit pro portionib. hęreditarijs, pro quib. est facta substitutio. h. d.

1 *Fideicõ relictũ fratrib. sub noĩe appellatiuo ꝓ hæreditaria portione debẽt.*
2 *Fratris appellatione soror continetur.*

1 **§. Mæuia.** Fideic. † relictũ fratrib. sub noĩe appellatiuo, ꝓ hr̃ditaria portiõe debet̃. h. d. No. qđ dixi in summario. ex quo patet, q siue relinquat sub nominib. appellatiuis significantib. hr̃ditatẽ, vt hr̃dib. tuis, siue sub alijs appellatiuis significantib. hr̃ditatem, vel aliquid aliud, semper debet̃ ꝓ portionib. 2 hr̃ditarijs, quod est singulare, vt hic, dixi in l. turpia. §. fi. sup. de le. 1. † Vltimo dicit glo. not. appellatione fratris contineri sororem, a qđ facit ad q. quam dicam in l. fi. inf. eo.

ADDITIO.

a Ale. Contineri sororem. Hic dr̃, q appellatione fratris venit soror. sed Pet. de Anch. in c. canonum statuta, post medium, in uer. dicto de filijs, et nepotib. etc. extra de consti. dicit, q istud non procedit, vbi continetur odium.

§. Titia. Si fund' pignoratus dolo, vel lata culpa hr̃dis alienatur, fideicommissario hæres tenetur. h. d.

1 *Vnus si ex duob. q se monasterio obtulerũt, cum hoc, q post eorũ mortẽ bona ĩ monasteriũ deueniãt, moriat, an monasteriũ habebit bona, remissiue.*
2 *Emphyteuticis si ex duob. unus decessit, an bona ad dominum reuertantur, remissiue.*

§. Caio. Si duo post mortẽ eorũ restituere rogãt, vno mortuo statim pro parte cõpetit fideicõmissi petitio. a 1 h. d. & est not. casus. a Idem sup. de le. 2. l. fin. † §. filiũ. Oppo. sup. de vsuf.

ADDITIO.

a Ale. No. casus. Ad illum tex. vide Bal. in l. j. C. de cond. insert. Men. Barb. consi. 52. col. 9. lib. consi. 67. col. 4. circa principium, lib. 3.

vsuf. le. l. codic. i prin. Sol. vt dixi in l. hĕdes mei. § j. s. eo. Inducitur ad † q. duo obtulerūt se in monasterio, vt monasteriū hēat bona post mortē eorū. vn⁹ decessit. an statim dēat hīe bona illi⁹, vel debeat expectari mors alterius? De hoc p Dy. & p Cy. in l. pe. C. de imp. & ali. subst. † Quæro, duo sunt emphyteutæ, vnus decessit, an bona reuertantur ad dñm, an ad alium? Dy. tangit hic, & in l. codicillis in prin. de vsuf. le. Cyn. in l. vnica. C. quando non pe. par. & dixi plene in l. si mihi. & l. Titio. de ver. obl.

1 *Verba enunciatiua commemoratiua alicuius modi præcedentis, ad illum restringantur, & quando disponant.*

2 *Dos mulieris licet non veniat in fideicommissum generale, quando ipsa grauatur, tamen quando alium grauat, venit.*

1 **§. Filiam.** Verba † enunciatiua commemoratiua alicuius modi pcedētis, restringuntur ad illum. Item in fideic vli relicto p mulierem veniūt res dotales. h. d. Op. bona debēt cōicari, vt sup. ea. l. in prin. Glo. dicit, q̄ nō fuit hoc expssum, q̄ cōicarent. Sed hoc vr̄ ꝯ tex. ibi, vniuersam substantiam eis cōicasse. R̄n. hic fuerūt verba enunciatiua, nō dispositiua. Sed ꝯ hoc, qa ēt verba enūciatiua inducūt dispōnē, l. ex hac scriptura, j. de do. Sol. hic fuerunt verba enūciatiua pp aliud emissa, s. in modum cāe, ibi dispositiua. Contra hoc op. qa verba enūciatiua in modum cāe plata, inducunt dispōnē, vt l. pe. j. de col. bo. in l. si socer. §. Lucius, so. mat. Sol. hic verba fuerunt prolata ad certum modū, quasi dicat cōicauit eis bona, idest cōiter reliquit fm modū certū. s. scriptū: 2 iō ad illū modū restrīgunī. Ita dicebat Old. Vlt. no. † q̄ licet dos ñ veniat ī fideic. qñ mulier ipsa grauatī, tñ qñ ipsa grauat aliū, dos ipsius mulieris venit sicut cętera bona. facit qd dicā j. e. l. §. maritus

1 *Paria sunt ab initio per partes relinquere, vel relictum simpliciter, per partes modificare*

2 *Iudex quando in sententia condemnat in certum, videlicet in decem pro tali delicto, decem pro tali &c. dicantur plures sententiæ.*

3 *Aduersatiuæ, aut, vero, sed, & similes. an inducant coniunctionem.*

1 **§. Quę habebat.** a Paria † sunt ab initio p partes relinquere vel relictū simplr p ptes modificare. h. d. No. qd dixi in summario, qa ē quotidianus casus. 2 Facit † ad id, qd tota die faciūt assessores in sñijs suis ꝯdēnatorijs. Dñt. n. qñ aliquē ex plurib. delictis ꝯdēnāt. Talē ꝯdēnamus ī tm̄, b & primo b ponūt totā qntatem, deinde subiūgūt, p tali delicto tm̄ c & p tali tm̄. c Nā pinde est, ac si ab initio eēnt pl'es sñiæ, vt hic. & l. 3 ædiles. §. si. cū gl. ibi posita, de ædi. edi. Quæro † ī l. re ꝯiunctā. Vnū p ꝯiūctionē aduersatiuā, vt, aut, vero, sed, inducat ꝯiūctio? Hic vr̄ tex. q̄ nō. Cōtrariū determino. Sufficit n. qd plures ꝯiūgant in vna orōne, nec curo cū quali cōiūctione, vel sine ꝯiūctiōe, vt ibi dixi. Ad hūc tex. r̄ndeo, q̄ fuerūt positæ pl'es sepat. tx, iō nō sunt ꝯiuncti: & licet fuerūt positi in diuersis orōnib. iō non sunt ꝯiūcti verbis.

ADDITIONES.

a Ale. Quę habebat. Et de isto tex. vide Bal. in l. 3. in 9. q. C. qñ non pet. par.
b Men. Et primo Dec cons. 344. nu. 3. cu. si. scripsi cons. 76. nu. 6
c Ale. Et pro tali tantum. Not. ad statutum. q̄ banniti vsque ad certam summā etc. et vide Bar. in l. vbi sic eiusfor. de sol. ubi ... es post eum.

§. Hæres. Fideicōmissarius detrahit, quatenus sibi ē detractū. h. d. De quo dic, plene in l. facta. §. si Titius. s. e. & s. ad l. Fal. l. penales. §. si. & de ꝯd. & de l. Plauti⁹. & ibi plen⁹.

a **§. Hæredum** a Si dilatio adijciat ī fauorē fideic. fructus interim pcepti veniūt ī restōne. h. d. No. b illū modū loquendi, ex reditu paupertatis b &c. ex pauptate n. cū sit mera priuatio nō colligunī fructus, sed cōis intelk ē, ex paupertate, hoc est, ex tali modico, seu modicitate. Opp. C. com. de leg. l. fi. §. sed qa. Sol. gl. q̄ hic ñ reliqt quo ad pprietatē, sed quo ad vsū. hoc nō est verū, qa si qs reliqret seruos ad vsum, vr̄ relinquere proprietatem, l. donōnis. §. spēs. j. de do. & l. spēs. s. de au. & arg. le. Dicendum, est ergo, q̄ hic alienatio non valuit. Op. q̄ fructus nō veniant in restōne. sup. eo l. ī fideicōmissaria. Quidā dñt, q̄ testōr hic dixit, qcqd & c. qd est ꝯ l. hr̄des. in prin. sup. eo dic ergo, q̄ hoc iō, qa dilatio fuit apposita fauore fideicōmissarij: facit s. de vsuf. l. ī fideicōmissi §. cū Pollidi⁹. & l. si ita relictū. §. 1. s. de leg. 2. Op. s. đ ali. le. l. Luci⁹. Sol. codē mō, qa hic fuit dilatio apposita fauore fideic.

ADDITIONES.

a Hęredum. Vide Bal. in rub. C. de verb. sign.
b Men. Paupertatis. Adde Cremens. sing. 23. ex late Gom. §. item si quis in fraudē, nu. 26. Inst. de action.

1 *Alienari prohibita, non veniunt in fideicommisso vniuersali.*

2 *Exceptio licet firmet regulam, non tamen illam ampliat.*

1 a **§. Plurib.** Prohibita † alienari ñ veniūt a ī fideic. vli. h. d. Op. q̄ plegata veniūt ī fideicom. relicto p hęc verba b vlia, l. cū virū. C. đ fideic. Sol. Hic fallit, qa testōr b phibuit illas pceptiones alienari fauore liberorū. qd apparet ex eo, q̄ dixit, q̄ q vita supesset. solidos fundos hr̄et, vñ illas pceptiones spālr alij reliqsse vr̄, vñ ñ ī fideic. vli. nō veniūt. Opp. exceptio ꝯfirmat rlām ī casib. nō exceptuatis, ut s. de inrcu. l. fi. i fi. licet hic testōr excepit aliū, s. vigīti legata: ergo totū aliud vr̄ velle restitui. Sol. Dicebat Ol 2 dr. fateor, † q̄ exceptio ꝯfirmat rlā, ñ m̄ ampliat, vt porrigatī ad casus, ad quos primo ñ porrigebat. Facit s. đ vsuf. le. l. gñali. §. vxori.

ADDITIONES.

a Ale. Non veniunt. No. simi. l. cum virum. C. de fideicom.
b Men. Testator. Adde hic Rom. sing. 171. hæres grauatus.

1 *Dos prælegata non cadit in fideicommissum, nisi specialiter sit dictum, & quarta ad dotem sufficiat.*

Clausula, quod legata restituantur, non porrigitur ad debita prælegata, nisi probetur testatorem sic sensisse.

2 *Dos quando veniat in substōnē vulgarem, & quando in fideicommissariā.*

1 **§. Maritus.** † Dos plegata nō cadit ī fideicommisso, nisi spāliter sit dictū, & quarta ad dotē sufficiat. h. d. No. q̄ hæc verba, q̄ legata restituunī, non porrigunī ad debita plegata, nisi probet testōrē sic sensisse. Facit s. e. l. deducta. qd itellige, si apparet esse debitū p alias pbōnes ext. testm̄: alias esset idē, quod de alijs legatis. licet debitū plegaretur, l. q̄ vxori in prin. s. de au. & arg. le. Op. ad si. qa fm hoc testōr pt̄ prohibere Falcidiam, ꝯ l. qd de bonis. §. j. s. ad l. Fal. Sol. hoc mō, q̄ quarta ꝯputetī ī debitū, poterat olim phiberi, & erat olim casus specialis. hodie ē de iure 2 cōi, vt auth. sed cū testōr. C. ad l. Falc. † Quæro, pr̄ substituit filiæ, si a decesserit sine liberis, an in hoc fideicōmisso veniat dos? a Dy. tangit in l. a filia. in prin. sup. eo. & ibi dixi me dicturum hic. Tetigit et in l. fi. §. filiæ. s. de leg. 2. Cyn. ponit in l. vnica §. videamus. C. de rei vxor. act. & ibi recitat distinctionem Mar. Sil. q dīt, aut q̄ris, an dos veniat in substōnem vulgarem: & dico, q̄ sic, qa est in potestate filię adire hr̄ditatem, vel non, l. iā dubitari, de hær. institu. sed hoc pcederet, qñ pr̄ in testō filiam dotauit: sed si eam dotauit inter viuos, tunc capit dotē iure suo, non hr̄ditario, l. pr̄ filiā. sup. ad l. Falc. Si vero q̄ris, an dos veniat in substōnem fideic. & tūc aut vir substituit, & nō venit in fideicommissum, nisi appareat testōrē aliud sensisse, d. l. a filia. sup. eo. & C. com. de leg. auth. res, quæ. & sup. ad l. Fal. l. pater filiam. in prin. Si vero pr̄ cā expsse rogauit de restituenda dote. tunc aut filia habet alias tm̄ de bonis pr̄is, q̄ sufficit ad legitimam, & pt̄ grauari in dote, l. fi. §. filiæ. s. de le. 2. Aut non hēt tm̄. q̄ sufficiat ad legitimam, & grauari non pt̄, l. qm̄ in priorib. & l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. Ita dñt ipsi, pro qua distinctione hēbetis casum in pn̄ti §. & hoc qñ fideicommissum reliquit p patrem a filia, secus si relinqtur p filiā ab alio sibi hr̄de instituto, qa tūc dos venit in fideicōmissum, sicut cætera bona filię, vt sup. e. l. §. filiam.

ADDITIO.

a Ale. Veniat dos. An filia possit grauari in dote per fideicōmissum, vide Bal. in l. cū virū. C. de fideic. et in auth. res quę, hic alle. Adde, an filia possit ī dote grauari. Io. And. in add. ad Spe. de instr. edi. §. vt aūt. in addi. inc. sed iudit alia q. filiā in l. quoniam nouella. C. de inoff. test. et cons. 64. 3. lib. et 125. 2. lib. Menoc. Arc. cons. 5 4. n. 2. Nat. in c. quamuis, nu. 97. de pac. in 6.

1 *Instātia cœpta cū hęrede, restōne facta contra ipsam, & eius hęredē durat.*

1 **Rogatus.** Instātia cepta † cū hr̄de, facta restōne, durat ꝯ ipsum, & hr̄dem eius. h. d. Opp. sup. e. l. 3. §. 4. So. Instantia iudicis cepta cum defuncto trāsit in fideicommissariū, vt ibi: secus in ca. q̄ cœpta fuit cū hr̄de, & sic non fuit hr̄ditaria, ut hic. & sup. eo. l. cū hr̄ditas. Ad hoc op. sup. fam. erc. l. in iudicio. Gl. non sol. dic, ibi loquitur in iudicio reali, qđ transit ad successorem singularem, in quem facta est alienatio necessaria, hic vero in iudicio petiōnali. Et plene dixi in l. si cum hominem. de fideiuss.

1 *Res non restitutæ de nouo repertæ debent restitui, nisi prima restitutio p modum transactionis, fuerit celebrata.*

2 *Remedium l. 2. C. de rescin. ven. non habet locum in contractu trāsactionis.*

3 *Deceptio vltra dimidium, qualiter probetur.*

Læsio, quando petitur reductio ad arbitrium boni viri, qualiter probetur.

1 **§. Titius.** Res † de nouo repertæ, nō restitutę dēnt restitui, nisi prima restō p modū trāsactionis fuerit celebrata. h. d. Op. sup. de transl. l. q cū tutorib. §. q p Falcidiam. Sol. intellige hic, qñ hr̄s non fuit in dolo, ibi sic. Op. de transa. l. 3. §. 1. vbi repertis codicillis vitiaī trāsactio. Sol. dicit gl. & bñ, q̄ hic fuerunt repta alia instrā, ibi codicilli. Rō patet in l. de his, de transa. & l. 3. § 2 j. & quead. tes. aper. Sed ꝯ hoc op. † qa hīc est decept⁹ vltra dimidiā iusti pt̄ij, vt patet ex tex. iō dēt rescindi p l. 3. C. de rescin. ven. & l. si qs cū altr. de ver. ob. Dy. in d. l. si qs cū alt. dicit, q̄ in ꝯtu trāsactionis non hñt locū a dictę leges, p hunc §. Gl. hic, & Pe. q seqī eā, C. 3 de rescin. vend. l. 2. dīt, † q̄ ad cognoscēdū, vtrū in trāsactione qs sit deceptus vltra dimidiā iusti pt̄ij, nō dēt æstimari id, qd in veritate debet, sed id, qđ valebat ille dubius litis euētus, qđ placet. Per hoc no. practicā, qñ petit arbitramentū reduci ad arbitriū boni viri, q̄ arbitramētū ē trāsact. vt in Auth. vt dīt ind. §. 1 & ibi no. q̄ tūc nō sufficit pbare, q̄ re vera mihi multū plus debeat, q̄ arbitrator cōdēnauerit, sed q̄ dubius euētus illius litis multo plus valebat, q̄ arb bitrator ꝯdēnauerit, vt dixi in l. b si societatē. §. arbitrorū. s. p soc.

ADDITIONES.

a Ale. Nō habent locum. Verum l. 2. C. de resc. ven. habeat locum in transactione. adde Bald. in l. ordo. C. de exe. rei iudi. et per Imo. hic. nec etiam habet locum in pacto, sec. Bal. in l. 3. C. de pac. & istam glo. alle. Bald. in l. fi. §. 3. in prin. C. ... quod habetur per Imo. in c. Quintauallis. de iureiu.
b Ale. Vt dixi in l. Adde Bar. in l. si quis cum aliter. de ver. ob. & in l. 2. C. de rescin. ven. & tex. in l. cum hæreditate. de acq. hęr et no. in d. §. arbitrorum.

LEX XXIX.

Si pupillus. Etiā post restōnē, pt̄ fideicommissarius fideicommissum dimittere, pp partē hr̄dis, quæ īcipit de nouo vacare. h. d. In text. ibi, aut a toto discedat, dic, vt in eo casu quo a toto discedit, aut oīmō; & vt sequit in tex. ibi, non ꝑfit, dic, quia nō expedit, fm Iac. de Arc. In tex. ibi, suscipere, dic & tūc nō seruabitur supert luū pupillo, l. quod si minor. §. Scæuola. j. de minor.

de mino. Ibi plus, dic, q̃ debeaẽ creditorib. facta vendõne p eos, qđ est, qñ fideicommissarius nõ vult. q. d ĩ his duob. hẽt electionem, m Iac. de Are. &c. Op. hic dr̃, ꝙ fuit hr̃s, postea abstinet. Cõtra, C. de repu. hær. l. sicut. Sol. Huius timore Ro. posuit casum vno mõ, sed truffa est: sed dic, ꝙ abstinet ꝑ restõnẽ. Op. ꝙ fideicommissari⁹ non põt repudiare post restõnẽ, l. postulãte. ĩ prin. s̃. e. Sol. Hic ꝑ partẽ de nouo aduenientẽ. S. se est in l. cũ hr̃ditas. s̃. de acq. hæ. Extra glo. op. qñ portio deficit ꝑ restõnẽ, nõ dẽr abstineri a toto rõne partis, l. si minor. s̃. de acq. hær. Sol. ibi in cohærede, q hẽt iure suo: hic ĩ fideicommissario, ad quẽ ptinet ex aditione filij hr̃ditas. Op. si minor fuit abstentus, vlterius aliquid hr̃e nõ dẽt de illa hr̃ditate, l. j. C. si vt se ab hęr absti. Sol. intelligas hoc, ꝙ superfluũ reseruatur pupillo ꝑ restõnẽ, de nouo impetrãdã, vt l. & si sine. §. restitut⁹. de mino. Sed op. qa postq̃ bona sunt vẽdita, ñ põt restitui minor, l. ꝙ si minor. §. Scęuola. de minor. Sol. illud verũ, qñ bona essent vẽdita ꝑ substitutũ, secus qñ p creditores, vt hic, ſm Ia. de Are. & ita apostillaui tex. q̃ opi. vr̃ ↄ̃ quãdã gl. paruã sup ver. vẽdẽda, quæ dicit. s. a fideicommissario, & iõ Guil. de Cu. ĩ d. §. Scęuola. distinguit, qñ bona sunt vẽdita ꝑ substitutũ. Aut hoc fuit sine magna ĩdustria sui, qa quilibet hõ cõis hoc fecisset, & restituet pupillus ad supfluum, vt hic. Aut substitutus euasit a creditorib. cũ magna ĩdustria, qa nõ sic fecisset qlibet, tũc pupill⁹ nõ restituet, d. §. Scæuola. Ex p̃dictis ergo collige, qñ pupillus se abstinet, & bona vadũt ad fideic. aut in totũ agnoscit, aut ĩ totũ repudiat. Primo casu, aut nihil supest vẽditis bonis, aut aliqd supest. Si nihil, nõ est dubiũ; si aliqd, tũc aut hoc ꝓcessit ex magna ĩdustria fideicommissarij, aut nõ. Scđo casu principali, qñ repudiauit in totũ, tũc est sic distinguendũ, aut nihil superest, aut superest aliquid, vt patet ex p̃dictis.

LEX LXXX.

Matrem. Venditio facta causa interuertẽdi fideicommissum, non imputatur hæredi in eo, quod sibi defunctus debebat. h. d. Op. tali hæredi rogato ꝑ hæc verba, licet cõsumere, vt s̃. eo. l. Titius rogatus. Sol. glo. ꝙ hic consumpsit vltra dodrantẽ, qđ non licet, C. eo. auth. ↄ̃ rogatus. Hæc sol. vera est ſm iura noua. ſm hæc iura dic, ꝙ hic mala fide consumpsit causa interuertendi fideicommissum, merito compensatur cum debito.

LEX LXXXI.

1 *Dilecti in substitutione, videntur & dilecti in fideicommisso, nisi ratio sermonis, vel præsumpta voluntas, aliud induceret.*

2 *Testator si filijs masculis vniuersaliter institutis, filiam in re certa instituit & subiecit, si quis eorũ decesserit sine liberis, portio deueniat in superuiuẽtes, vno filio masculo decedente, quando filia cum alijs admittatur.*

3 *Participium, superuiuẽtes, si reperitur abbreuiatum, qualiter intelligatur.*

a **Iulius Phœbus** ¹ Fideicommissum limitaẽ ſm naturã p̃cedẽtis substõnis, nisi ex voluntate defuncti aliud p̃sumaẽ ex nã sermonis, vł alia cõiectura. b h. d. No. hũc si. ad id, qđ sæpe occurrit, ꝙ de nõie vni⁹ ñ dr̃, nisi pars.

1 † Op. qa ꝓur dilexit eos ĩ substõne, ita vr̃ dilexiste in fideicõmisso, l. Lucius. §. pr̃ puerũ. s̃. e. Itẽ istud fideicommissum vl̃e, nõ vr̃ ↄferri ad Polycratẽ, de quo spãliter ꝓuiderat, l. cohęredi. §. q patrẽ. s̃. de vul. & pup. Sol. Fateor ↄ̃tiũ, nisi rõ sermonis, vel alia præsumpta c volũtas aliud induceret, c vt fuit hic. Nã verba pluralis numeri. s. ei, vł eis, de necessitare comp̃henderũt duos fratres superstites, vt

2 tex. dicit. Iuxta † hoc q̃ro qõnẽ mihi occurrẽtẽ de facto. Testator instituit filios masculos hæredes vl̃es, filiã instituit in certa quãtitate, demũ subiecit, ꝙ si qs eorũ decesserit sine liberis, portio eius deueniat in supuiuẽtes, q̃rĩ, an vno ex filijs masculis mortuo, filia admittaẽ ad fideicommissum? Vr̃, ꝙ sic, vt hic, & s̃. e. l. Lucius. §. Mæuia. & l. Lucius. §. q̃situ̅. s̃. de le. 3. & de pac. l. tres fratres. Continet. n. appł one filiorũ, nisi aliud appateat. Dixi, ꝙ ĩn themate proposito, aliud appareat de mẽte testõris. Nam cũ masculos p̃dile-

d xisset in instõne, instituẽdo eos vl̃iter d p̃sumẽdũ est eos p̃dilexisse in fideicõmisso, vt l. Lucius. §. pater. sũ. e. C. de fideic. auth. hoc amplius. & de imp. & alijs subst. l. 1. qđ est verum, si rõ recti sermonis hoc pateur, qa instituit tres, vel quatuor filios, vel vẽtrem, ex quo p̃t nasci plures. Nã tunc uno decedẽte, illud participiũ superuiuẽtes, põt verificari in masculis, vno decedente. Sed si instituisset tñ duos filios, tũc qa uno moriẽte illud participiũ, superuiuẽtes, nõ verificaẽ in filio remanẽte, tũc de necessitate cõprehẽdet filia,

3 licet ex re certa instituta, ꝑ hãc l. Sed q̃ro, † qd si reperit scriptũ abbreuiate, ut deueniat in superuiuen. ita ꝙ potest dicere in supuiuẽtem, & superuiuentes, quał r intelłr? Rñ primo debemus aduertere, an hoc posset ex p̃cedẽtib. & sequẽtib. colligi, ut sic sit pluralis, vel singularis numeri, ſm qđ requirit vera grãmatica, l. Plautius. su. de au. & arg. leg. qđ si nõ apparet, p̃sumo testatorẽ sic locutũ, vt eos, quos in instõne prædilexit, & inuicẽ vniuit, prætulerit ẽt in fideicommisso, su. de vul. & pup. l. cohæredi. §. qui discretas.

CONCORDIA.

☞ ¶ Defuncti. Pro cõcordia aduerte, ꝙ Bar. alle. velle in hac l. fi. ꝙ pluralis locutio nõ possit de necessitate verificari ĩ numero duorũ. Cõtrarius allegaẽ in l. j. ff. de ꝑcu. Tu dic, coadunatis verbis ipsius Bar. tã d. l. j. q̃ in hac l. fi. sic dici põt, prima opi. vera, ut hac l. fi. si rõ recti sermonis hoc patiẽ, & ſm subiectã mãm. Nã in d. l. j. iõ pluralis locutio uerificatur in singulari, qa illa pluralitas comprehenderet ẽt singularitates, ut in simi in le. 2. §. hoies. ff. in bono. rap. qa non ptereẽ illa pluralitas in vniuerso, et oĩa in vniuerso ↄprehẽdat, sed est apta cõprehẽdere, & oĩa in vniuerso, & oẽs particularitates ĩ indiuiduo, cũ illud indiuiduũ nõ abnegetur. Istã sol. ꝓbat tex. in l. nõ est sine liberis. ff. de verb. sig. in l. 3. §. hæc verba. ff. de li. ho. exhi. ſm mentem legislatoris, ideo non dr̃ cõtrarius.

ADDITIONES.

a Poma. Iulius Phœbus. Et vide Bar. in cõsi. inci. Ang. Macie. pro hac l. fi. * Men. Hunc tex. diligenter explicaui in consi. 124. nu. 5. lib. 2.

b Ale. Alia cõiectura. Adde tex. in l. q. quarta. §. ſm intellectũ Bar. de le. 1. * Menoch. Bello. lib. 4. Supput. c. vlt. nu. 5. & 6. Ruy. cõs. 158. nu. 9. li. 2. cõsi. 152. in fi. lib. 3. scripsi. consi. 50. n. 22. & n. 19. Dec. cõs. 365. n. 2. 3. Cur. sen. cõs. 52. col. 3. in prin. Ruy. consi. 128. nu. 13. li. 3. scripsi cõs. 141. n. 39. cõs. 152. nu. 34. li. 2.

c Ale. Aliud induceret. Aliter soluit Dy. in regula, generi ꝑ speciem. de re. iu. in 6. * Men. Ruy. cõs. 142. n. 1. li. 2. vbi multũ declarat. cõs. 150. nu. 14. cir. med. li. 2. cõsi. 158. nu. 9. & cõs. 168. n. 4. eo. cõs. 114. nu. 4. li. 3. cõs. 167. n. 4. e. Cur. iun. cõs. 22. n. 8. 9. scripsi cõs. 124. & cõs. 198. ibi late. & tradit Dec. cõsi. 491. n. 2. 3. cõs. 514. n. 2. cõs. 574. n. 5. Cur. iun. cõs. 11. nu. 7. in fi. Soc. iun. cõ. 75. n. 24. li. 3. Ripa. in l. Lucius. nu. 38. su. de vulg. Ruy. consi. 95. nu. 7. li. 2. Ruy. consi. 136. n. 15. eod.

d Ale. Eos vniuersaliter. No. ꝙ sicut testator in institutione vr̃ filios prędilexisse, ita & in fideicom. Adde no. per. Bar. in l. Lucius. in ver. sed quæro iuxta hæc, de pulchra q. & ibi per Imo. in ver. item adde, inquantum tangit &c. & in ver. seq. de vulg. & pup. & Bar. consi. inci. Ang. & vide, quod dixi post Imo. in l. cohæredi. §. qui discretas. de uulg. et pup. Adde in terminis Pet. de Anch. consi. 66. suptiliter. et Pau. de Cast. consi. 458. uiso testamento.

TITVLVS SECVNDVS.

Quando dies leg. cedat.

LEX PRIMA.

Mortuo patre. Vide per teipsum.

LEX II.

a **Si pure sit.** a Legatum seruitutis ꝑsonalis cedit ab adita hr̃ditate. h. d. Hic loqtur in trib. seruitutib. &c. Quarto, qd in alijs seruitutib. Gl. dicit idẽ, sed ĩ §. in nouissimo. C. de cad. tol. expressius dicit, idẽ in alijs seruitutib. ẽt realib. & si sic intelligeres, nõ esset verũ, qa in realib. cessat rõ, q̃ hic ponit. Dẽt ergo intelligi idẽ in alijs. s. ꝑsonalib. Et h. d. Cy. in d. §. ĩ nouissimo. alij uolũt sustinere gl. dicẽtes, ꝙ seruitutes reales nõ trãseũt ad hęredes, sed sequuntur fundũ, & sic hẽt locũ rõ hic posita. sed certe illa ꝑsona tũc nullo modo vr̃ inspiciẽda. Sufficit. n. ꝙ res sit tpe mortis, qa reqritur ſm rõnẽ p̃dictã: sed verius est ꝑsonam inspici, & l. si maxime. de ser. le. & trãsit ad hæredes, sicut res, cui accedit,

b ideo puto ꝙ cedat tpe mortis. Vltimo glo. b hic dicit post multa verba, ꝙ dies legatorum dr̃ cedere quo ad transmissionẽ, de quo dicã ĩ eo. l. 5. Secundo, quo ad oblõnẽ. Tertio, quo ad petitionẽ. Quarto, quo ad dñij trãslationẽ. De quolibet istorũ esset videndũ dic, vt C. de cad. tol. §. eum igitur. per Cy.

ADDITIONES.

a Barb. Si pure sit. Et no. ex hac l. ꝙ legatũ habitationis non uendicat sibi locũ, in adita hæreditate, et uide Bal. §. libertatib. in l. unica. C. de cad. tol. ubi no. loqtur

b Pom. Vltimo. gl. Sed in contractu, si est conditionalis, obligatio trahitur retro, non autem in legatis. Vide gl. fi. secundum Bal. in d. §. cum igitur.

LEX IIII.

Si cum hæres. Si legatum confertur in mortem hæredis, est conditionale, secus si in mortem legatarij. h. d. Ratio patet in gl.

LEX V.

Si post. Primo dicit legatũ transmitti ad hæredẽ post cessionẽ diei. Secũdo dicit, q̃ñ dies cedat quo ad trãsmissione. Et circa hęc ex hac l. & alijs distingue. Aut legatũ est unũ, aut plura. Primo casu, aut est purũ, aut in diẽ, aut sub ↄdõne. Primo casu cedit a tpe mortis rr̃. Fallit ĩ seruitutib. ꝑsonalibus, & ĩ oĩb. q̃ ad hęredẽ nõ transeunt, eadẽ rõne, ut s̃. e. l. 2. & 3. Itẽ fallit in legato relicto seruo, cui est relicta libertas, ut in. e. l. hr̃dis. §. fi. & l. seq. Itẽ ẽt in legato facto seruo legato, l. cũ legato ĩ. eo. & tex. & gl. declarãt. C. de cad. tol. §. nouissimo. Si in diem, aut incertũ, aut certũ. Primo casu, aut de necessitate eueniet in uita legatarij, ut dies mortis ipsius, & idẽ, qđ in die certa. Aut legatarius põt ante cedere, & idẽ, qđ in ↄ̃dõnali, ut s̃. l. proxi. cũ si. Si dies certa. tũc si in his, q̃ essent pura, cederẽt ab adita hr̃ditate, tũc cedit adueniente die, vt hic in 2. rñ. Si vero de ↄdõnali, tũc aut est ↄdõ impossibilis, uel turpis, & hr̃ ꝓ pura, ut hic, uer. sed si ea. cũ si. qđ plene dixi de ↄdi. insti. l. 1. Si honesta, tũc aut casuali, & cedit a die existentis ↄdõnis, ut hic. Aut potestatiua, uel pura, & distingue ꝑ quẽ stat, ut hic in ver. Itẽ si qua. & plenius dixi de ↄdi. & demon. l. in testõ. Et hoc si erat cõdõ, q̃ tacite non inerat. Aut nihilominus esset expressa, & tũc aut uenit ex ipso testõ, aut extrinsecus, vt ĩ. eo. l. ꝙ pure. & plene dixi in l. ↄdões extrinsecus. de ↄd. & demõ. Si vero sunt plura legata, tunc aut plura copulatiua, aut disiunctiua. Primo casu, cũ sunt plura, l. 2. & seq. s̃. de leg. 2. cuiuslibet dies cedit ſm suã nãm, ut hic. Scđo casu cũ sit vnũ, semel dies cedit. Quod dic, vt s̃. e. l. si ususfructus. & l. cum ita. in prin. & l. cum illud. in prin. Secũdo casu distingue, aut sine p̃finitione tpis, aut cũ præfinitione, vt dicam in l. cum sine præfinitione. ĩ. eo. Cętera dic, ut in gl.

LEX VI.

Quod pure. Cõdõ tacita ex testõ ꝓcedẽs ĩpedit diẽ legatorũ cedere: sec⁹ si extrĩsec⁹ ueniat. h. d.

LEX VII.

Hæredis aditio. Aditio hæreditatis nō differt diei ces sionē, sed petitionē. qualitercūq; re differt.h.d. Op.de l.in ꝯdōnib.s̄.de ꝯd.& de. Sol Nō impedit trāsmissionē, nisi testōr aliud velit. Scdo op. ꝙ cū illa ꝯdō insit de necessitate, testōr nō pōt eā remittere, l.nemo pt.s̄.de le.1. Sol. aditio hæreditatis inest de necessitate, qa nisi hæreditas adeaȓ ex testō, nihil debeȓ. quātūcunq; testōr hoc vellet: sed diei cessio nō inest de necessitate, ideo potest testator facere, ꝙ cedat, vel non.

LEX IX.

Si habitatio. Ibi si ante aditā, sed si postea, dic. vt l. fin. C.de vsufru.

LEX XII.

Nec semel. In tex.ibi, sed & si quotannis. Iste est bonus casus, & not. Item nō idē est dicere, quotānis, quod, singulis annis.

a **§.Si in habitatione.** a Relictū annuū respectu cer tæ necessitatis debeȓ tpe necessitatis.h.d. Dixi in l.q hoc anno.j̄.de verb.obl.vide gl.q̄ inc.qa tunc agere incip.t, & istā gl.examinaui in l.vlt.sup.de lib.agno.

ADDITIO.

a Alex.Si in habitatione. Vide a post.infin l.cum fine præfinitione.

§.Nouissime. No.non esse differentiam inter istas ex cep.verborum, licet quidam ꝯ, C.e.l.j.

LEX XIII.

ad cōmodū alienū, hī pro mortuo. vnde hic nepotes dēbunt teſtū, cum alias eſſent habituri dimidiā. Dic ergo, q ibi exhæredatus impediebat alium faciens condōnē diſpōnis deficere, ex qua ille volebat ſuccedere, vnde non attendit, ſit exhrdatus, vel nō, quia ſufficit. q ſit filius. vt ibi. ſed hic loqtur. qñ exhrdatus alium impediebat, q̄a cōcurrebat. ſi ſequēs cū eo ſuccedebat: vñ eo excluſo p diebat, q̄a cōcurrebat. Itē op. de iſto exhrdationem, nō impediet aliū ſuccedere, vt hic. Itē op. de iſto exhrdationem, nō impediet aliū ſuccedere, ergo exhrdatus non hī
a §. ſi pr. vbi filius exhrdatus nocet nepoti, ergo exhrdatus non hī pro mortuo, q̄a tunc veniret p ɔ̄ta. nepos pteritus, vel diceret te ſtm̄ nullū. Aduerte, exhrdatio aſſumit effectū poſt aditā hære. l. ſi filiū. §. ſed cū exhrdatio. ſ. de ɔ̄tab. & tunc incipit haberi pro mortuo. cū eſt hrditas adita. & exhrdatio ɔ̄firmata. Si igit̄ nepos, qui eſt ſecūdus in gradu, vult venire p q̄relam. q̄ oritur poſt aditā hrditatē, & pt. q̄a pr̄ exheredatus ſibi nō obſt. cū tūc poſt aditā hrditatē habeatur pro mortuo. Sed ſi filius vellet venire p ɔ̄tab q̄ oritur ante aditam hrditatem, l. illud. in prin. ſ. de ɔ̄tab. vel vellet dicere nullum. q ius oritur ante aditam hrditatem, nō pt. cū illo tpe, quo ius dēt orin, nō habeat pr̄ pro mortuo, vt in §. ſi pr. & l. ſi qs filio exhæredato, in prin. ſ. de iniuſt. teſt. Ex hoc ſequitur aliud; vos ſcitis, q ɔ̄ta. quæ dat̄ patrono, oritur poſt aditā hæreditatem, l. illud. ſ. de ɔ̄tab. modo filius liberti exhæredatus, non impedit pſonum qn ſuccedat p ɔ̄trab. vt Inſti. de ſuc. lib. §. ſed nr̄a. verſ. ſi vero teſtm̄. quia a tpe, quo oritur ɔ̄tab, ille filius hī pro mortuo. Item ſ. i. verſ. ſed & ſi patruus. vbi admittit̄ nepos filio exhæredato habito pro mortuo. Et eſt rō, quia venit ex quodā iure ciuili, ſibi vere cō petenti, ante aditam hrditatē, q̄ñ ipſe erat in poteſtate, & pater emancipatus, & ſic ei nullo modo obſtat, ſed ſi vellet venire iure aliquo ſibi quæſito, rō quia pater eius erat exhæredatus, habet locum, qd̄ ſ. dixi. Ex hoc conclud. [b] ad q̄ōnem, quam ſ. dixi, filia fe
b mina non ſuccedit, extantib. maſculis, maſculus eſt exhrdatus impediet ne ſuccedere filiam fœminam? Aduerte, ſi exhæredatio eſſet annullata aliquo modo, tunc eſſet perinde, ac ſi non eſſet facta, vt ſ. dixi circa gl. Sed ſi eſt exhæredatus rite, itaq teſtm̄ non pōt rumpere, tunc ſi quidem filia vult ſuccedere tanq̄ ſua, non pt quia tpe mortis, filius maſculus eam præcedebat, vt hoc §. ſi pr. in prin. & l. ſi quis filio exhæredato, in prin. quia nō debet inſtitui. Sed ſi filia vellet venire per querelam, quæ oritur poſt aditā hæreditatem, & ſic eo tpe, filius hī pro mortuo, tunc poſſet ſuccedere. prout dixi ſup. de nepote. Contra prædicta oppo. fortiter in Auth. de nup. §. ſoſo, in fi. vbi filius, qui ingratitudinem commiſit, nullo modo alij obſ. Sol. ibi filius ingratus repellitur a lege, & ſic tempore mortis matris reperit̄ excluſus, ideo alios non excludit: ſed hic excluditur per factum hois, vt per exhrdationem, quæ hēt locum poſt aditam hæreditatē, ideo excludit eos, qui veniunt poſt aditam hæreditatem. Sed ſi veniret aliquis ex iure, quod oritur ante aditam hæreditatem, cui ipſe filius obſtabat, tunc filius impedit, vt dixi. Item huic legi opp. j. de aſſigna. libe. l. 1. §. fi. vbi dī, q teſtator, q priuat aliquem portione ſua, pōteſt eam aſſignare cui vult, & ille priuatus facit partem alijs. Rñ. & aduerte ad hoc q̄ñq; actus priuationis alicuius præcedit actum aſſignationis factę alteri de eadem portione, qua ille eſt priuatus. Verbi gratia exhæredatur quis primo, ecce priuationis actus. Secundo eius exhęredati portio alteri aſſignatur, tunc habent locum ea, q̄ j. dixi. Q̄ñque actus aſſignationis factæ alteri, & actus priuationis alterius, eſt idem actus, tunc habet locum lex ɔ̄ria, quia teſtator pōt aſſignare, cui vult, & priuatus alijs facit partem. Ex hoc conclu-
c do aliam q̄ōnem, dicit ſtatutum, q mr̄ non ſuccedat filio habēti fratres carnales ex patre: modo pone, q vnus filius deceſſit fratre pręterito extraneo, nō turpi pſona inſtituto, ſuccedet ne mr̄? Vī, q ſic, q̄a frater nō pōt ſuccedere, q̄a eſt præteritus. Contrarium puto, nam iſte frater eſt priuatus ſucceſſione; facto defuncti, & actus priuationis non præcedit actum tranſlationis in alterū, imò eſt idem, & ideo licuit defuncto auferre illi, & alij dare, & ille frater ita impedit matrem, ſicut ſi hēret, l. 1. §. fi. j. de aſſign. l. b. Faciunt hæc ad ea, quæ dixi ante, & dicā in l. huiuſmodi. §. ſi coniūctim, ſ. de leg. 1. Cōtra prædicta vī fortiter. j. de bo. lib. l. ſi patronus teſtamēto, in prin. & inſti. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. ver. ſi vero teſtamētum, vbi pręteritus a mr̄e, vel ab auo materno, vel a patre milite, habetur pro exhæredato, & paternum non impedit, iñ vides q eſt vnus. & idem actus priuationis, & tranſlationis in alium, ſ. pteritio. Rñ. licet ſit vnus, & idem actus in ſubiecta figura verborum, iñ ſecundum veritatem lex fingit exhrdationem præcedere, vnde ficte actus priuationis præcedit, vt ibi patet, quia præterito ibi habetur pro exhæredatione, nec remanet in finib. pręteri-
3 tionis. † Vt igitur diā mā liqueat, quando ille, qui me impedit, vī mecum concurrit iudicio teſtatoris, a ſucceſſione excluditur, vtrum me impediat, vel mihi partem faciat, ſic diſtingue. Aut ille impediebat me, quia faciebat deficere ɔdōnem diſpōnis, ex qua debebā admitti: aut impediebat me, quia ius ſuccedēdi hēbat. Primo caſu ēt priuatus iudicio defuncti, me, impedit, l. filius §. cum qs. & ibi no. ſ. de leg. 1. Scdo caſu diſtingue. Aut actus tranſlationis ī alium fit de portione, q̄ illi priuato debebatur, & actus priuationis eſt vnus & idem, aut actus priuationis p̄cedit. Primo caſu me impedit ille priuatus, ſicut ſi priuatus non eſſet, l. 1. §. fi. j. de aſſig. lib. Secundo caſu habes tenere, q ille actus priuationis aſſumat effectum, demum hæreditate adita, l. filium. §. ſed cum exhęredatio, ſ. de ɔ̄tab. ideo diſtingue. Aut ego habebam ius ſuccedendi in ſolidum ab ipſo initio, ſed ille priuatus faciebat mihi partē p cōcurſum, & nunc priuatus mihi non obſtat, vt in d. verſ. ſed & ſi patruus. Aut ab initio non habebam ius ſuccedendi, vel inſolidū nō habebā, & tunc aut volo venire ex aliquo iure, qd̄ hēt originē a tpe mortis, vel ante aditam hrditatē, vt per poſ. ɔ̄tab. q̄ datur liberis, vel dicēdo nullum, & non poſſum, vt hoc §. ſi pr. & l. ſi qs filio exheredato. in prin. ſ. de iniuſto teſta. ɔiuncta l. illud. in prin. ſ. de ɔ̄tab. Aut volo venire p aliquod ius, q hēt originē tm̄ poſt aditā hrditatē, vt p ɔ̄tabu. quæ patrono datur, vī p q̄relā, & poſſum, vt ī § ſed noſtra Inſti. de ſuc. lib. ɔiuncta l. illud. in prin. ſ. de ɔ̄tabu. & pbatur in l. ſi qs filium. C. de inoſ. teſt. & ſ. de ɔ̄tab. l. 3 §. ſi emācipatus. in fi. §. Et hoc verum, ſiue actus priuationis p̄cedat vere, ſiue ficte, vt Inſtitu. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. verſic. ſi vero teſtm̄, & j. ſi patronus teſtamento, in prin. j. de bon. quæ liber. Ita debetis intelligere iſtam difficilem materiam.

ADDITIONES.

a Ale. Si pater. De iſto. §. ſi pater. adde omnino Bal. in l. fratres. in fi. C. de inoſſeſt. & vide Bar. in l. filiusfamilias. §. cum quis de leg. 1. poſt prin. *Menoc. Dec. conſ. 185. col. fi. Soc. ſen. conſ. 35. nu. 12. li. 4. vbi aliqua affert, contra Bar. Ruyn. conſ. 1. nu. 4. li. 3. conſ. 162. nu. 4. in fi. lib. 3. ſimile Soc. iun. cōſ. 8. nu. 21. li. 1.

b Ale. Ex hoc conclu. lo. Ad iſta vide quæ no. Ang. & Imo. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in q. ſtatuti. de lib. & poſth.

c Pom. Ex ho. cōcludo ad aliam. Et vide Bar. pro iſta q. conſ. inc. viſo teſtō. Mini mī de ſancto Quirico, & ita cōſului. & uide q̄ dico in conſi. Flor.* Menoch. Dec. cōſ. 296. col. pen. Soc. ſen. cōſ. 241. col. 13 in fi. lib. 2. Bar. conſ. 54. col. 6. circa fin. Iaſ. conſi. 61. col. 3. lib. 3. Ruyn. conſi. 87. nu. 4. lib. 2. Tiraq. de Iure primogeniti. q. 3. nu. 17. & in l. ſi unquam in verbo ſuſceperit liberos nu. 130. 132.

§. liberos.

Vide glo. quę incipit, j. eo. §. ibi, in fi. Sol. vt in d. l. tutela. quia ibi in hæreditate libertorum, hic ingenuorum.

§. Si pater ex duob.

Facit iſte §. ad id, quod dixi vobis in l. cum emancipatus. § fi ſup. de contratab.

§. Illud.

Vide glo. ſuper ver illud nō intereſt. quæ inci. quo ad hoc, ibi, ſed arg. ɔ̄. Dic, vt per Dyn. in l. ſi proprietarius. j. de dam. infe.

§. Inter ipſum

Primo ponit vnum dictum. Secundo illud per tria exempla declarat.

§. Si quis ex nepotibus.

Iſte ē notabilis. §. ad mām iuris accreſcēdi ex coniunctione legali. Facit l. ſi duobus. in princ. ſup. de ɔ̄ta. Et hęc qualiter procedat, & qua ratione, dixi plene in l. re coniunctim. ſup. de leg. 3. in materia coniunctionis legalis, tetigi in d. l. ſi duobus in prin. ſup. de contratab.

1 *Dictiones ex propter, & de, quam vim habeant.*

§. Emancipatus.

Iuriſcōſult. vſque huc expediuit prima partem edicti, ſ. de coniūgendis, hic incipit tractare de ſecunda, i. de collatione bonorum, q̄ inducit̄ p hunc tit. & durat vſq. ad fi. l. Vides ergo, q filius confert tātum nepotib. ex eo retētis, ſed q̄tum ɔferat, ſequitur in § nūc videamus, & eſt ſatis no. caſus, & ibi, debere ɔferre, cōiunge ver. eueniret. j. eo. & poſtea redeas ad ver. nā & ſi alius. & in hoc ver.
1 no tex. ibi, hoc n. non de bonis, ſ nā tu hēs dictas inter ex, & pro-
a pter, [a] l. 3. §. ſi ſeruus. & l. eo tpe. §. fi. de pecu. l. 1. §. ex incēdio. de incēd. rui. nau. cū ſimi. & l. nō dubiū C. de le. Sed hic hēs de dictiōe. de, melius quam alibi, & habes, q dictio, de denotat cauſam proximam, ſed dictio, propter, denotat cauſam remotam.

ADDITIO.

a Ale. Ex, & propter. Et de dictione, ex, & ppter, & de dictione, de, vide tex. cōtrariū, lo. Bar. in l. ſi finita. §. 1. de dā. infe. & in l. non dubiū, & de dictione de, no. Bal. in l. de precib. C. ad l. Aqui. & p Bar. in d. §. ex incendio.
Menoc. De hac dictione de, uide Dec. & Ruyn. in rub. ff. ſi cer. per.

§. Si ſit filius.

Vos habetis hodie ita difficilem lectionē ſicut habuiſtis hoc anno. Et hic. §. vſq; ad finem diuiditur in tres partes, vt patet ex litera. Oppo. videbitis hic, quod iſtis nepotibus, quorum vnus eſt emancipatus, confert. Contra, emancipatus, emancipato non confert, l. 1. in fi. & l. prætor. §. quoties. ſ. de col. bo. Sol. Dicit glo. huic nepoti emancipato non conferri ex perſona ſua, ſed ex perſona patris ſui, in cuius locum ſuccedit, qui pater premortuus erat in pr̄ate. Contra hanc ſol. oppo. de hoc tex. ibi, quamuis hi minus, quia ſi pr̄ ſuperuixet, nihil eſſent nepotes habituri, ſed hic dicit, minus. Solu. Expo-
a ne minus. dicit glo. i. nihil, l. illud. §. ſi. de trib. Et quaſi omnes hāc ſolutionem tenent. Sed mihi non placet, quia quod dicit, q nepos in locum patris ſuccedit, expone, id eſt, in gradum ſuum, nō intelligas, q ex perſona patris fiat ei collatio, ſed ex perſona ſua. quia ius collationis, non quæſitum non trāſit ad heredem. l. 1. §. ibi. tem. ſ. de colla. bon. dixi in l. 1. ſ. de colla. bon. §. ſi ſit. Quare gl. alio modo ſoluit, quia hic loquitur de profectitijs, quæ etiam emancipatis conferuntur. Hoc non eſt, verum, q̄a nō reperimus, quod emancipatus emancipato conferat profectitia, ſm̄ hæc iura, ſed

ADDITIO.

a Menoch. Et quaſi. Tiraq. de iure primogen. q. 13. nu. 3.

ra, sed hodie sic, l. vt libris. C. de colla. Dixi s. de col. bo. l. pater filium. Soln. glo. tertio modo, & dicit hunc nepotem esse emancipatum a patre suo, non ab auo. Hæc sol. non placet, quia quocunque modo nepos non sit in aui potestate sufficit, quia cessat ratio a collationis. Pro hoc l. emancipatus. in prin. s. de ꝯtab. Quid ergo dicemus? Br. dico hic, ꝙ huic nepoti emancipato confert propter fratrem suum in potestate retentum, quia ambo vnam personam repræsentãt. l. si nepotes. s. de colla. bo. Vnde sufficit, ꝙ vnus sit in potestate, secus si diuersas personas repræsentarent, quia essent nepotes ex diuersis fratribus, l. j. §. si sit nepos. s. de coll. bo. & formatur hoc ꝯrium. C. de colla. l. si emancipati. in j. gl. & male soluitur. Itẽ opp. ꝙ iste §. nihil faciat ad tit. Glo. respon. ꝙ facit ad tit. qa tractat de collatione facienda, vt vidistis s. ea. l. in princ. & exinde occasione sumpta generaliꝰ tractatur.

§. Sed & si sint. Pone casum sic. Quidã habebat vnũ filium emancipatum, ex alio filio præmortuo duos nepotes emancipatos, ex vno istorum nepotum vnum pronepotem in potestate, iste filius emancipatus confert bona sua, propter hunc pronepotem, qui erat in potestate, modo quæritur, vtrum isti nepotes emancipati de illis bonis collatis debeant aliquid hñre? Respon. Iurisco. omnes isti nepotes, & pronepotes repræsentant locum vnius. tamen de bonis quæ ipsis remanent ex collatione, dimidiam habebit alius nepos cum filio suo in potestate retento, qui est pronepos quo ad auum. hoc dicit. Iste est difficilis. §. In tex. ibi, partẽ de bonis collatis a filio emãcipato viuente. Oppo. & videtur, ꝙ solus pronepos in potestate retentus debeat habere bona collata, nam emancipato non fit collatio. Dicit glo. sol. vt s. proxi. §. Tu dic, hic omnes isti nepotes, & pronepotes habẽtur loco vnius, & ideo istis emancipatis, propter personam pronepotis, qui est in potestate, fit collatio, vt supra proxi. §. dixi.

§ Sed & si nepos sit. Gl. hic ponit casum, & versic. continuat, & bene. Alia sunt clara.

ADDITIO.

a Menoch. Quid dicemus, Auth. 13. nu. 2. in fi.

LEX II.

1 *Interpretata in l. ge dicta in l. interpretante videntur repetita.*
2 *Clausula cum eadem conditione, intelligitur eisdem pactis, & oneribus.*

1 Nihil. Ista est no. lex. & h. d. Clausula † adiecta in l. interpretata, videtur repetita in l. interpretante. h. d. Et hoc no. ad multa. Facit ad hoc tex. in Auth. de filiis ante do. inst. natis. per totam illam constitutionem. Et de hac materia, qualiter dictum in vno capite, videatur in alio repetitum, dixi plene in l. prætor. §. a eritque. j. vi bono. rapto. Item no. a hæc verba, q̃ hic dicuntur, cũ eadem conditione, intelliguntur, id est, eisdem oneribus. vt p̃stet 2 legata filius, sicut pater. † Et hoc facit ad multa. si dr̃, talis recipit rem illa conditione, quam habebat talis. Nam intelligitur eisdẽ pactis, & oneribus, quod no.

ADDITIO.

a Ale. Item no. Nota de his uerbis, & sequitur Bal. in l. ea conditione. C. de rescin. ven. & in l. cum res. & ibi Bal. C. de dona. & ad dicta hic per Bar. in prin. Adde Fran. de Are. in c. nouit. de iudi. *Adde Alex. consi. 102. 119. lib. 1, Crauet. consi. 19. col. 2.

LEX III.

Qui duos filios. Ista lex est magnæ difficultatis i casu, & paruæ vtilitatis, & primo ponitur thema, & duæ quæstiones ex themate, Secundo ponitur responsio ad primam quæstionem. Tertio responsio ad secundam. Secunda ibi, respondi, si filium. Tertia ibi, quoniam si pater. Opp. j. eo. l. vlt. Sol. vt ibi. Quæro, q̃ fuit noua clausula a Iuliano inducta? Respon. hoc edictum, nam forte prætor, qui hoc introduxit, fuit vocatus Iulianus, vel forte Iulianus Iurisco. introduxit hoc magis, quam prætor. Vel possumus dicere, quod noua clausula fuit introducta a Iuliano, non prætore, quando filius iungitur cũ patre exhæredato, vt habes in l. si proponas, in prin. s. de inoffic. testamen. non curo.

LEX V.

Si nepos. Iuriscõsultus exponit verba posita s. eod. l. j. quę dicunt suo nomine.

LEX VI.

Si quis filium. No. ꝙ hoc edictum habet locũ in nepotibus legitimis & naturalibus, secus i legitimatarum, vt in adoptiuis, vt hic, & habuistis no. sup. eo. l. j. in princ. in gl. magna.

LEX VII.

Si post emancipationem. Iuriscõsul. ponit hic primo vnam quæstionem, cui no respondet. Secundo ponit aliam cui respondet. Tertio aliam, cui respondet, sed ad quæstionem nõ solutam respondet glos. ante pe. Secunda pars incipit ibi, & proponamus. Tertia ibi, & cum. Aduertatis, quia est valde difficilis in hoc princ. Collige casum in tex. ibi, finge enim. &c. Quæro, dicitur hic, ꝙ nepoti est seruanda portio ex cõstitutione, quæro, quæ sit ista cõstitutio diui Pij? Dic, est illa, de qua fit mentio, s. eodem l. ꝙ duos, sed fuit ꝯstitutio Antonini, nisi dicamus, ꝙ fuit idẽ diuus Pius. & Antoni. Alij dicunt, ꝙ ꝯseruatur per hoc edictum, sed hoc est falsum, qa p hoc edictum nullo modo admittitur nepos, qui nõ est in potestate. Sed veritas est, quod hic dr̃ ex constitutione diui Pij, debet intelligi, id est ex edicto de legat. præst. & ex constitutione diui Pij, quæ est facta ad illud edictum, & declarauit illud edictũ pertinere ad hæreditates l. filium. §. sed & si portio. sup. de leg. prę-stan. Hoc præmisso quæro in primo casu, quæ portio cõseruabitur huic nepoti? In gl. sunt plures solutiones. prima est, ꝙ ꝯseruetur virilis, hoc est, tertia, quia sunt duo filij, l. virilis in prin. s. de leg. præstan. Hæc opinio non est vera, quia secundum hoc habebit iste filius, qui non est in familia plus, quam si esset in familia, tñ quidã volentes sustinere, concedunt ꝯrium, & dicit, ꝙ est ratio, quia habet iure suo, non per ꝯtabulas. Alij hoc timentes dicunt, ꝙ conseruatur tantum, quantum haberet ex hoc edicto. s. quarta. Alij idẽ, ꝙ conseruatur tantum, quantum haberet si esset in potestate. Sed prima est vera, ꝙ tertia debet ꝯseruari. per d. l. ꝙ duos. in fi. s. eo. nisi diceres illam correctam, ꝙ non est dicendum. & hoc tenet Dyn. 1 Venio ad secundam partem, quando duo erant nepotes, quorum vnus erat in potestate, alter non, quantum conseruabitur, vtrum virilis, hoc est quarta, vel sescuncia, id est octaua? Dicit gl. sescuncia, & hoc est verum. sed tunc extra gloss. dubitatur, & sunt verba 2 Dy. quare sup. proxi. conseruatur virilis. hic vero non? Respondet Dy. virilis debet intelligi, ꝙ istę exceptę personæ non habent aliquid vltra, quam habet vnus, qui venit per contratab. l. virilis, §. r. s. de legat. præstan. sed in primo casu huius legis, si sibi conseruatur virilis, non habet plus, quam haberet ille, qui venit per cõtratabulas, sed hic si conseruaretur ei quarta haberet plus, quàm aliquis ex his, qui vocantur ad ꝯtabu. ideo non seruatur quarta, sed conseruatur ei id, quod haberet, si is in potestate mansisset. Et qđ haberet plus, si conseruaretur quarta, quam haberet, si esset in potestate, probatur, filius emancipatus cum nepote in potestate retento habent dimidiam, quam partiuntur inuicem, & sic quilibet quartam. Si ergo iste filius, qui nõ esset in potestate, haberet quartam, ista quarta debet detrahi tam a patruo, quam a filio, & nepote in potestate retento, vt j. in fine. & sic nepos non existens in potestate haberet quartam integram, & nepos existens in potestate haberet quartam diminutam, & sic nepos non retẽtus in potestate haberet plus, quam aliquis ex his, qui veniunt per cõtratab. qđ esse non debet, ideo conseruatur ei portio, quam haberet, si in potestate remansisset. Ita dicit Dyn. Prędicta puto vera, si ponamus in hac lege nepotem in potestate retentum esse preteritum, vel si ponamus eum esset substitutum, & vellet venire per edictum de coniun. omisso beneficio tit. de lega. pręstã. Sed si iste nepos in potestate retentus esset institutus, & vellet venire p edictum de leg. pręst. vbi si portio conseruetur, tunc sibi, & alteri nepoti conseruaretur tertia, & sic quilibet haberet duas vncias. Ita debetis intelligere hanc materiam. Potest enim eligere iste nepos in potestate retentus beneficium illius edicti de coniungẽ. & venire per contratabu. vel eligere beneficium de lega. præstan. l. filium. §. omnibus. sup. de legat. pręstan.

TITVLVS DECIMVS.

De carboniano edicto.

DICTVM est s. de bono. poss. ꝯtab. & de multis edictis factis circa illud. sed quia edictum Carb. est factum circa edictum de contratab. ideo sequitur ista rub. Quærit glo. quare dicatur Carbonianum edictum? Dicit glos. quia a Carboniano editum, vt in gl. habes, & bene.

LEX PRIMA.

SI cui. Iuriscõsultus primo ponit edicti naturam, secundo incipit edictum exponere. secunda ibi, non tantum masculi, &c. Habetis hic tria, quæ principaliter ponunt edictum. Circa istud principium sunt aliquæ gloss. quæ recitant verba Iurisconsulti posita j. eodem. per totum titu. Sed primo quæro, vtrum iste, cui fit controuersia, sit institutus, vel exhæredatus? Dic, vt j. ea l. §. Põponius. Item vr̃ hic controuersia, an intelligatur agendo? Dicit gl. quod non, sed tantum excipiendo. Tu dic, idẽ est agendo, siue excipiendo, j. eo. l. 3. §. parui. quod dic vt ibi. & plenius dicam j. eo. l. 3 §. mistum. Dicitur, hic controuersia fiat, quid si sit inter liberos, an hæc sufficit? Respondeo, sic, sed debet esse controuersia etiam de bonis, vt j. eo. l. 3. §. quamuis. Item dicitur hic causa cognita. qualiter intelligitur? Dic, vt j. eo. l. 3. §. causæ. Dicitur hic, quod aduersarius mittitur in possessionem si pupillus nõ satisdat, quæro, an sit aliquis casus, quo aduersarius mittitur, si sibi pupillus cauet? Respondi. sic, si aduersarius est in pari gradu cum pupillo, l. sed. & si is. j. eo. Istã materiam de satisdatione declara. vt in d. l. de bonis. §. qui pupillo. inf. eo. & l. sed & si is.

§. Et

§.Et generaliter. Opp. φ iste ver. sitis prædicat, ga primo dicit, quod dat fœminis hoc edictum,& postea dicit, φ illi, qui non habent cōtrata. repelluntur: sed in testamentis fœminarum non habet locum contratab. l.illud.§.ad testamenta sup.de contratab. Sol. intellige de fœminis descendentibus ex virili sexu. Item op. φ instituti, & venientes ab intestato veniunt per Carbonianum,& non habent contra tab. vt inf.ead.l.§.Pomponius,& l.si impubes. Sed hoc soluit gl. & bene.

Patris assertio asserentis aliquem non esse filium, non nocet filio.

§.Si quis. a Hic declarat illud, quod dicit, ɔtrouersia fiat, s. a quo fit. Nam sup.in ver.generaliter, declarauit illud verbum, sicut fit cōtrouersia. No.tex.ibi. cum & si testator, &c.ex quo † habes, φ licet pater dicat aliquem non esse suum filium, non nocet filio vt hic, sicut nec dictum matris, l. Imperatores.§.mulier.sup.de proba.

ADDITIO.

a Ale.Si quis. De quo vide Bar.in l.filium.de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Carbon. quum non habet locum, si defunctus dicatur seruus.

§.Sed & si quis. Hic §. respicit illud verbum, inter liberos positum s.ea.l.i princ. No.tex. ibi, nam vel magis. Itē no.tex.ibi, sed & ipse defunctus &c. Ex quo habes φ † si defunctus dicatur esse seruus, habet locum Carbonianum. Et videtur mihi, φ cōtra istum tex. sit tex.in l.liber, C.de peti.hære.de quo dic, vt dicam inf.eo.l.3.§.missum.

§.Pomponius. No.ex hoc.§. φ ei, qui habet bonorū possessionem s̄m.tabul, non dat. Carboniana. Secundo no.differentiam inter iam natum & posthumum. Ratio differentiæ est, vt in gl.dr̄, quod bene declaratur in l.2.C.de edi.diui Adria.tol. Quæro, quid si etiam ille sit filius institutus, dubitatur, vt quia aduersarius negat esse illum, quem testator instituit tāq̄ filium, an habeat locum Carbonianum? Respon. sic, a quia eadē est ratio, quæ est in posthumo, vt j.e.l.3.§.quæius.

ADDITIO.

a Ale.Respon.sic. Adde Bal.in l.j.C.eodem.

§.Idem ait. a Vides hic, φ si aliquis exhæredatur tanquā non filius, exhædatio non valet. Sed contra in l.3.in prin.sup.de libe.& posthu.dicit gl.exhæredatio non valet, scilicet si probet se filium, interim valet. Certe satis potest sustineri, & sufficit, φ probet se filium semiplene, vt infra eod.l.3.§.causæ: quo probato datur Carboniana possessio, vt hic, quantum ad alia valet exhæredatio, vt l.3.in princ. & ibi no. supra de libe. & posthum.

ADDITIO.

a Alex. Idem ait. Adde Bal.in l.j.C.eo.& d.l.3.

§.Si quis filium. Hic incipit Iurisconsultus declarare illa verba, quę dicunt, φ cōtrouersia differri debet in tempus pubertatis, quid interest. Hic iurisconsultus respondet, vides in lege nostra, φ si quidem sit contentio de bonis tantum, non habet locum Carboniana, secus si de bonis & statu, quia tunc sic. Quæro, si testator instituit filium non vt filiū, an testamentum valet? Respon.sic, quia valet exhæredatio sic facta, multo magis institutio, l.tertia, in prin.sup. de lib.& posthum. Hoc præmisso aduerte ad istum §. quod iste filius dicebat se hęredem ab intestato, si institutio valet. Forte hoc erat, quia erat institutus ex vncia, vnde s̄m iura antiqua non poterat agere ad supplementum, sed poterat rumpere testamentum, l. cum quærit, & l. omnimodo.C. de inof testa. Vel dic, φ dicebat testamētum nullum, non tamen dicebat bene. Item op. q̄ñ isti cohæredes negant eum filium, vr̄, φ non habeat locum Carboniana, quia fit controuersia de extraneo, & cessat Carboniana, vt j.e.l.3.§.q̄uis R̄ñ. imo faciebant controuersiam de statu & de bonis, dicentes nō esse filium, & sibi relictum tanquam filio, merito si non est filius, institutio non valet, l.si pr̄, & l.nec apud.C.de hære.instit. Vel forte tenebant eum filium.& dicebant relictum sibi factum, esse p. ditum, ex eo φ testamentum dicit nullum. tamē illa allegatio nō est bona, vt dr̄, & probatur sup.de his quibus vt indi.l.post legatū in prin. Item dr̄ hic, quod si hæres contendit testamentum valere, non habet locum Carbonia. Sed certe quatenus contendit ualere, non negat eum filium, nec est contentio de bonis, quia si dicit testamentum valere, etiam per cōsequens dicit se velle dare relictum illi filio. R̄ñ. licet concedas testamentum valere, tamen dr̄ relictum illi filio non valere, dicenti testamētum nullum. Vel aliter est contentio de bonis, non de eo, quod filio est relictum, sed de eo quod vltra petit, dicendo testamentum nullum, non tamen quæstio differtur, quia est quæstio de bonis tantum, non de statu.

§.Si mater. Iste §. habet quatuor partes. no. si status pupilli reuocatur in dubium, differtur quęstio status, si redarguitur mr̄, tunc secus, vt hic. Oppo. de primo respō. so ad secundum. In primo quæstio differtur, in secundo non. Glo. soluit in primo dicto, φ fiebat quæstio matri, & puero simul, secundo matri tantum. hoc vr̄ tenere Iac. de Are.& Dyn. Vel aliter, in primo responso fiebat quæstio puero tantum, & nō matri, in secundo responso matri tantum, & nō puero. Ista est secunda lect. gl.& hoc vr̄ tenere Roffred. in libellis suis super hoc tit. intelligit enim primum responsum, φ fiebat quæstio pupillo, & faciendo quæstionem pupillo, per quandam consequentiam fit matri. Et hoc vult dicere text. in princip. dum dicit, mater subiecti partus arguatur, &c. in secundo respon. mater principaliter accusatur. Ita dicit Rofre. Videte, ista opin. nō vr̄ esse vera quia antequam mater accusetur.& conuincat, non pōt ista quæstio moueri puero, vt j. l.proxima. non ergo procedit dictum Rof. φ per quandam consequentiam fit quæstio matri. Sustinendo Rof. dic, φ ista exceptio, φ prius debet fieri quæstio matri, nō opponebatur, & sic iudicium procedebat, l.j.& quod ibi no.C. de appellat. & l. 2. C. communi diuid.& φ ibi no.& l.si mācipium. sup. de euic. Ita potest sustineri Roffred i[illegible] diuinatio est. Sed tenēdo aliam opin. quā tenet Dyn, & Iac.de Are. remanet dubium, quomodo poterat simul, & semel fieri quæstio matri. & puero, cum accusatio matris sit quæstio criminalis scilicet leg. Corneliæ de fal.l.j. C. de fal.& quęstio pupilli, sit ciuilis, & sic debent diuersos iudices habere, l solemus. §. latrunculator, supra de iudi. Possumus dicere, φ ɔ matrem agebatur de falso ciuiliter & petebatur pronuntiari partum esse suppositum ciuiliter, si ad hoc requirebat pupillus, & eius administratores, vnde simul, & semel istud iudicium agitabatur, merito debet differri, vt hic. Sed in secundo respō. mater criminaliter accusabatur, ideo status pupilli non tāgebatur, & hoc innuit tex. hic. Nam in princi. tex. dicit, mater arguat. nec dicit quomodo, ciuiliter, vel criminaliter, licet gl dicat criminaliter, sed in secundo responso dicit, rea postulat, & sic accusabatur. ideo quæstio non debet differri Contra, quia quęstio debet differri, q̄ñ mater sola postulatur rea vt j.e l.3.§.ibidem Sol. hic loquitur, q̄ñ mater erat maior xxv. ann. secus si minor. arg.d.§.ibidem, & quod no. inf.eod.l.si impubes.§.si mater. Reassume ergo sic omnia prędicta. Quandoque fit quæstio pupillo tantum, quandoque matri tantum, quandoque vtrique Primo casu differtur causa status, vt hic in princ. secundū vnam lect.& per totum tit. istum. Secundo casu nō differt, & hoc in versicu vero, nisi sit minor, vel grauida, vt in j. dicetur. Tertio casu q̄ñ fit quæstio vtrique, qualiter procedat, vt sup. dixi Aduerte, aut mater est minor, & differtur quęstio respectu utriusque, vt inf.eo.l.3.§.ibidem.& φ no. j.eo.l.si impubes.§.si mater Aut mater erat maior, & tunc respectu filij differtur, sed respectu matris differri non debet arg. istius.§.in ver.cum vero. Ita vr̄ etiam intelligere Cyn.in l.j.C.ad l.Corn.de fal.in secunda oppo. licet non ita plene dicat. Op. etiam q̄ñ mater sola arguitur per accusationem, vr̄, quod debeat differri quęstio status, l.si ventris. sup. de uent. in pos.mit. Sol. dicunt quidam, quod illa debent intelligi secundum præcedentem distinctionem, quod accusabatur mater de adulterio, ad impediendum partum. Hęc solu. non procedit, quia si accusatio est criminalis, non potest simul & semel dirigi ɔ matrem, & partum, quia diuersa sunt iudicia, & debet a diuersis iudicibus agitari. Quare dic, φ ibi accusabatur mater sola, fiebat t̄ñ pręiudicium partu futuro, sed hic fiebat pręiudicium partui iam nato. Et est ratio, sicut enim cum mater est minor, quęstio differtur, ut supra, ita etiam quando est grauida, debet differri. quoniam non potest ita sufficienter defendere. Item est ratio, qa magis fauemus partui nascituro, quam iam nato, l.j.§.si ea.s̄.de vē. in possess. mit. Hoc vr̄ tenere Roffre. super isto tit. Item dr̄ hic in fi. φ sententia lata ɔ matrem pręiudicat partui. Contra, C.ad l. Cornel. de fal.l.1. Sol. intelligit gl. φ iste uer. referatur ad primum casum, q̄ñ agebatur contra matrem, & pupillum simul, & sic sententia fuit lata ɔtra pupillum. Ita dicit glo.& bene. Alij dicunt, q̄d etiam quando a sententia est lata contra matrem, præiudicat filio, a quo ad probationem, l.j.§ si cui. sup. de uent, inspi.& φ no. in l edictum.e.ti. Videte quod dr̄, φ factum matris præiudicet pupillo, uel filio, quo ad onus probationis, est uerum, q̄ñ est factum matris non obseruantis ea, quæ dicuntur in illo titulo. de uentre inspi. non autem factum matris succumbentis in causa, ut hic, & hoc puto uerum. Vel aliter, factum matris non nocet filio in cā principali, l.1. C.de fal.al as sic. Sed non placet, quare tene primā sol. quam dedi, tangitur etiam per Cyn. C.eo.l.j.in 2.q. Et faciunt prędicta ad q. quā disputaui, an sn̄ia lata ɔ filium pro maleficio sufficiat, ut fiat executio ɔ patrē? Dic, ut in disputatione mea, & plene scripsi in l. cū filius. j.de uerb.obl.

ADDITIO.

a Alex. Præiudicat filio. Vide Anton in c.pen. de rest itu. spol. & in c.causam. ql a. qui filij sint legit.

LEX II.

1 Actio ciuilis, & criminalis, quando competit contra aliquem, an sit necesse, quod prius agatur criminaliter, quam ciuiliter.

Licet mulier, Donec uiuit aliquis ex participibus criminis, non potest agi ciuiliter de crimine

1 mine contra tertium.h.d.no.lex.† & sic habes, ꝙ non est in potestate mea, vel le agere ciuiliter. Contra, C.quando ciui. actio cri. præiud.l.j.Solu.dicit Iac de Are & bene,& multum nota. si contra criminosum ego uolo agere. possum eligere, an velim agere ciuiliter, uel criminaliter, l.j.C.qñ ciui.act.cri.præiud.ita dicit ipse. Adde, nisi in casu homicidij, quia per ciuilem actionē in vna cā nō debet præiudicari legi Corneliæ, de sica.criminali,l.prętor edixit.§.1.ℨ.de iniur.ſm lec. Iac.de Are.Si vero uolo agere criminaliter ꝯ tertium, nō possum agere ciuiliter ꝯ tertium, ut hic,& l.j. C. vbi causæ fiscales,& refert Cy.latius in l. vltima. C. de fide instru.

LEX III.

Carbonianum. In tex.ibi,in ſm tabul.id est, in bonorum possessione ſcd'm tab.Dicitur hic, ꝙ posthumo instituto, licet habeat secundum tab. potest etiā habere locum hoc edictum. Sed quid si iam natus est institutus? Dicit gl.idem, si hæc duo negentur. Sed gl.ℨ.proxi. §. facit differē-
a tiā inter posthumū,& iam natū,& idem vr̄ a facere tex.ℨ. eo.l.j. §. Pomponius.quid dicemus? Dico, ꝙ idem in posthumo, qa nego eum esse institutum,& quia nego istū esse illū, quē testator instituit ut filium, non ob.§.Pomponios, quia ibi denotat facti accidentiam, qa raro contingit illa cōtentio, ꝙ testator errauit in corpore, sed si hoc contingeret, verum diceret nostra gl. Dicitur hic, in fideicōmmisso, & legato habet locum Carbonianū, qualiter intelligatur? Dicit gl.duobus modis. Tene primam, quæ est vera.

ADDITIO.

a Alex.Et idem uidetur.Vide Bar.in l.j.§.Pomponius.supra eod. & Bald. in l.1. C. eodem.

§.Quamuis. Opp dicitur hic. ꝙ scripto hæredi non datur Carbonianum ꝯ cōtra.§.proxi. Dicit gl. hic in iam nato, ibi in posthumo, vel etiā in iam nato esset idem, quando esset contentio de statu personæ, ut ibi dixi, & hic debet intelligi, quando de statu personæ non est contentio. & ideo quia habet possessionem ordinariam, nō recurritur ad istam, ut l. quāuis.C.de edicto diui Adri.tollē.& l.j.& 2.quorum bonorū. Item opp.ℨ.eod.l.de bonis §.ita demum. Solue, vt ibi. Quæro, quando mouetur quæstio status tantum, an differatur quæstio bonorum? Respon.non, quia quando mouetur quæstio status tantum, non bonorum, ad quid differtur, cum nō sint inuicem præiudiciales?

a **§.Puberi.** a Nota, quod decretum subreptitium non ualet.l.cum vero.§.subuentum.infra, de fideicō. libe.& l.magis puto.§.pe.sup.de rebus eorum.

ADDITIO.

a Ale.Puberi. Et istum tex.alleg.no.Bal.in l.j.ad fi.C.de curatore furio,

1 *Exceptio, dolo facis, petere, quod restituturus es, habet locum in possessorijs adipiscendæ, in alijs possessorijs non.*
2 *Procurator præsumitur ille, penes quem sunt instrumenta causæ.*
3 *Semiplena probatio quando sufficiat in causis summarijs.*

§.Causæ. Hic incipit exponere illa uerba, causa cognita, quæ bis in edicto posita fuerunt. Oppo. dicitur hic, quod debet cognosci summatim Contra, C.eod.l.2. Solu.Illa secundum istam debet intelligi, quod cognoscetur summatim. Item dicitur hic, quod summatim cognoscitur, contra, in l. iudices.C.de iud. Sol.Speciale est hic, vt plene no.in l.3.§.ibidem. sup.ad exhib. Item oppo.dicitur hic, quod potest opdnni puero
1 peteno Carbonianum, tu non es filius. Contra, † in possessorijs non habet locum regula, dolo facis, quod pet.s.l. si quis ad se fundum.C.ad l.Iuliam, de vi.& plene no.in l.j.§.j.infra, de vi, & ui arma.Solu.in possessorijs recuperandæ non habet locum regula illa, sed in possessorijs adipiscendæ habet locum, de quo plene in l. dolo, infra, de do.except.& plene dixi in l.si socer. §. Lucius sup. solu.matrimo. Item dicitur hic, ꝙ cum est dubium de mandato,
a admittitur cautio de rato, quæro qualiter intelligitur a dubiū de
2 mandato? dicunt quidam, quando ille, † qui dicit se procuratorē, habet aliquid modicum, saltem quod facit pro eo, quod mihi multum placet,& glo.est iuris Canonici, quę dicit, quod si apud aliquem reperiuntur instrumenta causæ, est præsumptio, quod sit procurator, ut no.in c.j.de procurat.& dixi in l.vulgo.supra, de administrat.tut.& de hoc no.per Doct.C.de procurat.l.j.& l.non
3 solum.§.qui alieno.ſ.de procu.Item no. hic, † quod in causis sum
b marijs sufficit ista probatio semiplena, b ita quod inducat pręsumptionem,& hoc intellige in causis summarijs, in quibus præiudicium modicum paratur, tunc enim sufficit summaria cognitio, quæ præsumptionem implicat. Si enim paratur magnum præiudicium, tunc requiritur plena cognitio, sed dicitur summaria, quia dantur breuiores dilationes,& sic non ad probationem dicitur summaria, sed quia dantur dilationes breuiores. Ita notat Dy. in l.1.§.fin.infra, de præto. stipulatio. & ita debet intelligi ca. sæpe contingit.de verb.signific.in clemē. Facit ad prædicta infra proxi. §.& quod dicetur ibi.

ADDITIONES.

a Alex.Qualiter intelligitur. Qualiter dicatur dubium de mandato, adde Bal. & Imo.in l.Mæuia.sol.matr.p gl.in c.coram.de offic.deleg.& in l.fi.de pac. côuen.
b Menoc. Adde Alcia.tract.præsump.regu.præsump.33.nu.3.
Ale.Probatio semiplena. Adde Bal.in l.iudices.C.de iudi.& latius l.1.§. fi. infra de præto.stipulat.

1 *Practica materiæ Carbon.& pro libello.*
2 *Mater in causis status, & ad statum pertinentib. pro pupillo testificatur.*
3 *Tutor quando pro pupillo testificatur.*
4 *Testes examinari, & publicari ad æternam rei memoriam quando quis facere possit.*
5 *Infamis de facto non repellitur a testimonio, sed minus ei creditur.*
6 *Testis conditio quo ad testificandum, quo tempore attendatur.*
7 *Testis, qui tempore testamenti erat bonæ conditionis, sed tempore redditi testimonij erat infamis, ut probet, quod tempus attendatur, remissiue.*
8 *Testi qui deponit de facto longinquo non ita creditur, sicut de propinquo.*
9 *Testes ad æternam rei memoriam examinari possunt super eo, quod facile potest tradi obliuioni.*
10 *Iudex qualiter pronunciabit super Carbo.edicto, &c.*

§.Duæ autem sunt causæ. Not. tex.ibi.fin. ge esse testes. pri-
1 mo quæro practicam † huius materiæ? Respondeo ad hoc, ut beneficium huius edicti ꝯpetat, oportet, ꝙ prius cōtrouersia status fiat ut infra, ea.l.§.fin. Practica ergo erit ista, si possidet pupill. tunc si alius agit contra eum dicens eum non esse filium, & ipsum esse proximiorem consanguineum, tunc pupillus excipiendo peteret se tuendum in possessione, & quęstionem differri, ut ℨ. ead. l. §. missum,& l.j.C.eo.n.secundum vnam lect. Si vero non possidet, tunc primo ipse debet petere agendo petitorio, uel possessorio, secundum ea, quæ dicam in § missum. Et si aduersarius dicet eum nō esse filium, omisso primo iudicio, dabit de nouo libellum, & petet Carbonianum,& qōnem status differri in tempus pubertatis.& erit forma libelli ista. Cum ego sim filius talis,& mihi inferatur quæstio status,& bonorum. peto me poni in possessionē ex Carboniano edicto,& quæstionem status differri in tempus pubertatis. ita format Rofl. Vel ut puto, erit melius, ut non petatur præcise, vt quæstio status differat in tempus pubertatis, sed ꝙ prætor cognoscat,& pronunciet differendam, vel non, prout utilius esse pupillo iudici uidebit, hoc autem probat per ea, quæ infra dicam. Oppo.dr̄ hic, ꝙ duæ sunt causæ cognitionis una summaria, alia plenaria. Contra, immo prima vr̄ plenaria, le. vbicunque.§. 1. de ven.in pos.mitten. Solu.ibi est plenaria, non ideo, quia fit immissio, sed ideo quia venit examinādum, an quæstio status, sit differenda, vel non in tempus pubertatis, vnde hic tex. illum decla-
2 rat. † Quæro quomodo mr̄ admittitur ad testificandum pro pupillo, contra.l parentes.C.de testi.Solu Speciale est in causa status & in causis pertinētib.ad causam status, l.si arbiter.§. fi. alias est in l.Imperatores.supra, de probat. Item dicit hic, quod tutores, &c.
3 Contra, in l.fi.supra, de testib.† vbi tutores, qui agunt causam, nō possunt esse testes in eadem causa. Solu. Possumus dicere, quod loquitur de alijs tutoribus, quam qui agūt causam status. Vel dic, speciale est in causa status,& in causis pertinentib. ad cām status. Sed prima opinio plus placet. Item quęro, quomodo iudex dēt hic inuestigare a tutoribus,& a matre, nonne hoc est contra pupillum? Si.n.formatur libellus, ut dicit Rofr.quod petat̄ q. status differri, quomodo admitteret̄ contra pupillum eorum testimonium, ꝯ l.lege Iulia.supra, de testib. Dic, ꝙ forte petet aduersarius quæstionem differri in tempus pubertatis, non tutor, uel mater. Hoc non potest esse iterum, quia qui causam status infert non potest petere, ut differatur, sed ille, cui infertur, ut infra ea.l.§. diuus. quid dicemus? Resp.putarem libellum non esse formandum, ut tutor petat in libello præcise causam status differri, sed petat cognosci, an debeat differri causam status,& petat pronūciari, quod est utilius pupillo, vt sup.dixi. Pro hoc facit hic textus in fine ver. diuus, ibi, tutores eorū iudicio experiri volunt,& sic nō petunt dari dilātionē, sed de hoc cognosci. Vel si vis dicere, ꝙ petat differri præcise hic, ꝙ iudex non debeat dare, nisi inquisitione facta, prout hoc.§.dr̄. Non obstat textus, qui dicit, tutores experiri uoluit, qa ibi loquitur de alijs tutoribus, hic de his, qui causam agunt. Sed præcedens opinio proxime dicta plus placet. In tex, ibi, insinua. re,&c Et sic non pereunt probationes, ut in Auth. de testibus. §. Di & hic uero, quia multoties posita C.de test.auth. sed & si quis. Dicit glos ꝙ istæ rationes positæ in text. non sint hodie sufficientes.
4 videte, si pupillus † possidet, ista glo. dicit veritatem, quia reo ad probandas suas rationes dant beneficium, ut possit producere, & petere examinari,& publicari ad æternam rei memoriam, ut prææallegatis iuribus,& hac glo.& l.ultima.C.de vsu.pupill. Si uero petit, & non possidet, & sic sustinet partes actoris, tunc non habet beneficium, ut posset petere examinari,& publicari, sed potest petere examinari tantum, non publicari, cum timet de morte testium, uel eorum absentia diuturna, ut in cap. quoniam frequenter extra, vt lite non contesta. & hoc si potest incontinenti agere, secus si non potest agere incontinenti, ut quia habet ius agendi conditionale, tunc potest petere examinari, & publicari ad æternam rei memoriam, l.in l. Aquilia, si deleturi, & ibi plene sol. dici, supra ad leg. Aquiliam. Vlterius quæro, quomodo potest dici, quod propter temporis interuallum, non habeant eandem fidem. Dicit glo. ꝙ contingit duobus modis. Vno modo, quia efficiuntur infames de iure, uel de facto, & sic non habetur tāta fides, quia inspicitur tempus redditi testimon. l.3. §. ...

Circa

5 Circa hanc quæstionem † quæro, vtrum a infamis de facto repel
a latur a ferendo testimonio.& uidetur tex.ꝙ sic,in l.cassius. su. de
sena.sed gl.hic non dicit,ꝙ repellatur,sed minor fides adhibetur,
& uerum dicit ista gl quia minus creditur, & tunc in subsidium
creditur ei.& cum tormentis, ut in Anth.de testib.§.si uero igno
ti.& sup de testib.l.seru.& l.ob carmen.§.pen. Non ob l. Cassius
quia infames de facto repelluntur a dignitate, non a testimonio.
6 Sed quæro quo † tempore debet inspici fides,& cõditio testis, an
tempore,quo negotium geritur,uel tempore,quo redditur testi-
monium? Dic,ꝙ tempore quo testimonium redditur,ut hic in
tex.in glo.in contrarium videtur tex. sup de testib.l.ad testium. §.
1.l.1.C.de testamentis & ibi not.glo.volens soluere istud contra-
rium in legibus contrariis,videtur dicere,quod intelligatur de te
stibus, qui in iudicio non habent necesse assistere, quia sunt scri-
pti in instrumento publico, vel alias non est necesse, qđ de nouo
deponant.ita no.in l. 1. C.de testa. Licet hoc sit satis probabile, ta-
men dic. Quandoq; testis mutat conditionem sui culpa, ut quia
propter delictum efficitur infamis, & tunc habet locum hæc gl.
ꝙ inspicitur tempus redditi testimonii. Quandoq; mutat condi
tionem absq; sui culpa,ut quia credebat se liberum tempore testa
menti,postea detegitur seruus, & tunc inspicitur conditio testis,
tempore,quo negotium geritur,ita loquitur.l.1.C.de testa. Ita te
7 net Azo in summa,de testa.ordi.circa fi.quod tene menti. Sed † si
testis tempore iuramenti erat bonę conditionis, & tempore red
diti testimonii erat infamis,quod tempus inspicietur? Dixi in le.
8 damni.§.Sabini,inf.de dam.infec.Secũdam † solutionem dat gl.
ꝙ potest hic coniungere.i.ꝙ testi non adhibeatur tanta fides, pp
temporis prolixitatem,quia non ita creditur testi de facto lõgin-
quo,sicut propinquo. Pro ista opi. facit in Anth. hæc consti.inno-
uat const. Facit,quod no.in l.Celsus.ꝗ.de prob.& hoc uidetur te
nere Spec. in titu.de posit.§.sexto.versi sed nunquid, quod intel-
ligitur, ut no per gl.de verb.sig.l.notionem.§.instrumentorum.
9 Et † prædicta faciunt,ꝙ quando est negotium, quod de facili po
test tradi obliuioni, iusta causa est, quod testes examinentur ad
æternam rei memoriam,ne obliuiscantur, hoc tangit glo. & be-
10 ne in c.quoniam frequenter,ext.vt lite non contestata. † Quæro,
qualiter pronunciabit iudex super isto edicto, cum simul, & se-
mel petatur Carboniana possessio,& ut quæstio differatur in tem
pus pubertatis,uel differenda cognoscatur,& una est summaria,
& alia plenaria,quomodo una sententia determinentur? Respon.
aliud,quod hic dicitur de summaria cognitione, debet intelligi
quantum ad informationem iudicis per præsumptionem solam
in alia dicitur cognitio plenaria quantum ad informationem iu-
dicis,per veritatem. Sed utraq; vno respectu potest dici summa-
ria,quia in vtraq; breues dabuntur dilationes,& ideo utraque di-
citur summaria,ut dicitur in c.sępe,ext.de verb.sig.in Cle.& ideo
ambo ista capitula poterunt vna sententia determinari, uel super
una pronuntiabitur,& super alia,quæ requirit plenam cognitio-
nem,reseruabitur,l.ille,a quo.§.si testamento.sup.ad Treb. cum
sint diuersa capitula,ergo super una potest pronuntiari,super alia
reseruari,l.etiam.§.1.sup.de mino.quod dici conuenit. C.si ad-
uer.rem iudi.l.2.tene menti ista.

ADDITIO.

a Alex.Quæro,utrum. Vtrum infamis repellatur a testimonio, uide Bald.in c.1.an remo.debe.test.qui pares esse desierunt.& Bar.in l.cunctos populos. C. de sum. trini, Adde tamen,ꝙ semper facit saltem indicium,ut not.Bar.in l.maritus. ꝗ de quæst.& uide no.in c.præterea,de testi.cogen.& quod ibi per Imo.ibi,alias non est necesse,ꝙ de nouo deponant. Adde Bald.in c.1.an remo. debe. test. qui pares esse desierunt,& quod no. Bar. in l.1.§. si seruus. de quęst. & omnino Bald. post Bar.& alios in l.1.de testib.

1 *Accusata de adulterio,& absoluta, non potest ab eodem, seu ab alio super eodem accusari,ab alio,& de alio sic.*

§.Si mater. Opp.ꝙ matris absolutio prosit partui,l.denun-
tiasse,§.quæritur.ꝗ.de adul.Gl.non soluit. Sed
illud est verum,quando de eodem facto ageretur contra filium,
de quo mater est absoluta.hic vero de alio facto agitur contra fi-
lium. Vel aliter quod ibi dicitur,est speciale in adulterio, propter
sequens matrimonium,cui leges multum fauent,alias secus. Hãc
opinionem tenent Doctores, & Cyn. refert. C. ad legem Corne.
1 de falsis.l.1.in secunda quæstione. † Quærit glo.utrum mater,quę
semel obtinuit, possit iterum accusari de adulterio? Dicit glo.
quod sic, non tamen de facili, l.si eum.§ iisdem.inf.de accusatio,
Quod intellige de eodem crimine,& ab eodem, uel de alio, &
ab eo,qui in primo fuit calumniatus,alias nihil repugnat, ꝙ non
posset accusari.

§.Si is qui. Op.dicitur hic secundum diuersas literas,una
enim negat,alia non negat. Sol.vtraq; sustine-
tur,una non negat,& ista est plana. Alia enim negat eum,& tunc
dic,negat eum.s.solum,sed non negat eum.s filium cum alio. Itẽ
hic innuit,quod non habet locum Carbonianum, nisi quando
est contentio de bonis paternis. Contra,inf.eo.l. de bonis.in prin.
Dic,ut in glo.

§.Ibidem. Op.ꝙ per istud quale quale præiudicium, qđ
pupillo posset fieri in causa status ex persona
alterius,non debeat differri quæstio,ut sup.eod.l.1.§.fi.& inf. eo.l.
Tria. Sol ꝙ iste cõsors erat minor 25. annis, unde de facili posset
lædi,sed in contrariis erat maior ille, qui habet causam præiudi-
cialem ad istam. Ita not.inf.eo.l.si impubes.§.si mater,& dixi sup.
eo.l.1.§.fin.

§.Parui refert. Op.ꝗ.e.l.§.missum. Sol.dicit gl. hæc
dēt intelligi fm illam,quando pupil-
lus agit possessario,non petitorio. Tu dic,ꝙ hic potest intelligi, e-
tiam quando agit petitorio,ut ibi dicam incontinenti.

1 *D Ælio,& est implicatiua.*

§.Si duo Gl.ponit hic casum. Ad petitionem impuberis.
inferentis controuersiam status,non dēt in tem-
pus pubertatis differri,sed ad petitionem impuberis patientis. h.
1 d. No.tex ibi.nec.n patitur, No.† de significatione huius copulæ,
& quæ implicat. Nam si dico,& me,videor implicare, quod non
est solum te.

§.Si quis liber. Glo.ponit casum no.hic, ꝙ si ue princi
paliter,siue incidenter ueniat examinã
da quæstio status.debet differri in tempus pubertatis, non solum
quæstio status,sed ea etiam,in quam incidit,si sine hoc incidenti,
quæstio status non potest terminari. Op.ꝗ.ea.l.§.missum. Sol. di-
cit glo.hic pupillus conueniebatur.ibi agebat tantum Vel aliter,
vt dicam in d.§.missum. Item contra.C.de ord.iud l.1. Sol.ut ibi,
& dicam statim in d.§.missum.

1 *Missio in possessionem ex Carboniano qualis sit, & an fiat in nominibus debitorum.*
2 *Exceptio de iure tertij opponitur, quãdo est in totum exclusiua iuris agẽtis.*

§.Cum extaret Et si propter debita particularia q.
status infertur impuberi, differtur
1 in tempus pubertatis.h.d.No.quod dixi in casu.Quęro, † quid ope
rabitur hoc Carbonianum edictum? Dicit glo.ut fiat missio, sed
qualis missio potest fieri,potest ne fieri in nomina debitorũ? Nos
possumus respõdere,prout respondet gl.in l.a duo.§.si super reb.
ꝗ.de re iud.& l.1.C.de pręt.stip. Sed melius diceretꝙ hic habet lo
cum Carbonianum edictum hoc modo, ꝙ huic pupillo satisdan
ti soluatur,prout dicam plene. ꝗ.eo.l.pe. Item habet locũ quoad
2 aliud,ut quæstio status differatur. Item no. † ꝙ hic potest opponi
de iure tertii,& hoc ideo,quia ius tertii est totaliter exclusiuum
iuris agentis,quod dic,ut dixi plene. ꝗ.de excep.rei iud.l. 2. & Cy.
dicit in l.cum seruum. C.de ser.fug.

1 *Possidens potest petere sibi possessionem confirmari,& in ea tueri.*
2 *Possessorio agens petit se mitti in possessionem,& positus in ea se tueri.*
3 *Pupillus,siue agat,siue conueniatur, quando habeat Carbonianum.*
4 *Qualiter cognoscatur, an quis agat, ut bonorum possessor Carboniano, an directam intentet.*
Carboniano, an differatur, si mouetur controuersia de statu defuncti, non ipsius sibi.
Possessor non constituitur quis ex solo iussu de mittendo.
5 *Actione in factum ex Carbo.edicto agit quis, ut constituatur possessor.*
6 *In ista actione in factum, ueniunt corporalia quandoque.*

§.Missum. Hic est optimus § & breuiter h.d. Missum in
possessionem ex hoc edicto prætor tuetur
non tamen missus ex Carboniano,possessor potest hæreditatem
uel res singulas uendicare,nisi uelit de filiatione plene docere. h.
d. Hic innuit,ꝙ missus in possessionem ex Carboniano, non pos-
sidet,nisi interponatur secundum decretum, ex quo possessor ef-
ficiatur. Contra,sup.eodem,l.1.in princ.& inf.eod l.pen.& sup.de
inoffic.testamen.l.qui de inofficioso. Dicit glo. hic debet intelli-
gi possessorem constituere,hoc est missum in possessionem tue-
ri,non ꝙ de nouo det possessionem,& est satis bona, & tene men
1 ti. Ex qua † hẽs,ꝙ sicut peto me mitti in possessionem,si non pos
a sideo,ita si possideo possum petere a mihi possessionem cõfirma
ri,& in ea tueri. Et pro hoc est casus secundum ueram lec.C.eo.l.
2.& ibi Cyn.& Odofr. Et pro hoc, quod habuistis sup. de contra-
tab.l.3.§.si sub ea.& inf.titu.1.l.3.§.si sub conditione. Et pro hoc
sup.quod met.cau.l.fin. Item tene menti ad aliud, quod qui agit
possessorio,petit se mitti in possessione, & positus, in ea petit se
tueri,ut hac glo.& infra ne uis fiat ei.l. 1. §. 1.& l.si quis missus,&
sic habetis vnam lect. Contra hanc lectu. oppo. quia non est ue-
rum,quod ex primo decreto efficiatur possessor, nisi interpona-
tur secundum,l.si finita.§.Inl.inf.de dam.infec.& l.3.in fin. de ac-
quiren.possessio. Sol. Ibi quando possessio datur alicui propter
aduersarii contumaciam, & ideo expectatur primum, & secun-
dum decretum, antequam possessor efficiatur,sed hic non datur
possessio propter contumaciam aduersarii, sed propter fauorem
petentis,& ideo non expectatur primum,& secundum. Item op
po,de eo,quod dicitur de uentre in possessionem misso, qui non
possidet,l.1.ff.quib.ex cau.in pos.eat. Sol.aliud in filio, qui mitti-
tur ex Carboniano,aliud in uentre. Et est ratio,quia tex.in Carbo
niano

ADDITIO.

a Alex, Possum petere, Si possideo,possum tamen petere possessionem confirmari, Adde Bar.in l.de pupillo. §. qui opus. per gl.ibi,de oper. no. nunc. & plene per Mod.in §.quadrupli.Insti.de act.& Bar.& Bal.in l.1.C.eo.& uide Bar. in l. non tantum.§. si sub ea.ꝗ.de contratab.& Bal.in l.1.C.eo.qui se limitat in l. 1. C. de edic.diui Adr.toll.

niano edicto dicit, datur possessio, vt s. eo. l. j. sed tex. in materia de ventre in possessionem mittendo, dicit, mittitur in possessionem, quæ verba signant solum detentionem. Et potest esse alia ratio, quia possessio, quæ datur ventri, est minori tempore duratura. Item quia pp partum, non ipsi partui, ideo non tantum ei fauetur. Sed prima non mihi placet. licet sit persuasiua. Item procedo, dr hic in secundo responso, missum in possessionem ex Carboniano, mittitur prætor in possessione tueri. &c. Op. q sive conueniatur, siue petatur, habeat locum Carbonianum, vt sup. ea. l. §. patui. Glo. dicit, dic, vt ibi. & dicit, quod agebat possessorio, non petitorio. Hęc sol. non placet, quia tex. ibi dicit simpliciter, siue agatur, siue cōueniatur, 3 nec dicit quomodo, & idem sup. eod. l. i. in prin. Unde mihi † videtur dicēdum sic. Quandoque pupillus agit, antequam sit sibi mota quæstio status, & antequam sit petita Carboniana possessio, & in isto iudicio opponit sibi quæstio status, tūc pupillus omissa prima actione potest petere Carbonianam bonorum possessionem ex hoc edicto, & nō refert, siue agebat, siue conueniebatur, & siue agebat petitorio, siue possessorio, vt legibus contrarius. Quandoque post petitam, & habitam possessionem mitaliter agit, & si post motam quæstionem pupillus vult agere, tunc habet locum distinctio huius §. Item op. j. eod. l. pen. vbi etiam missus videtur, quod possit agere. Dicit glo. Sol. vt ibi. Breuiter veritas est ista, hic pupillus agebat contra principalem aduersarium, qui se dicebat hæredem, & ideo adhibetur distinctio, quæ dicitur hic, sed in lege contraria agebat contra alios debitores hæreditarios, & ideo distinguitur, vt ibi dicitur. Hęc sol. tāgitur ibi, & l. i. C. eo. & ibi Doc tangunt. Item opp. dicitur hic, quod potest opponi illa exceptio, ne præiudicium fiat petitioni hæreditatis mouendę. Contra, C. de peti. hær. l. fin. Dicunt quidam hanc per illam corrigi, non est vera. Sed dic, quod lex contraria loquitur in hærede, seu possessore conuento, hic loquitur in agente, & est bona solu. quam tenet gl. in l. bonæ fidei. sup. de peti. hęre. vel aliter, ibi loquitur, quādo erat contentio inter eum, qui se heredem dicebat. & alios legatarios. vel creditores: sed hic erat contentio inter eos, qui se hęredes adinuicem dicebant, & est bona, & probatur in l. non distinguemus. § si quis. sup. de arbi. & dixi plene j. de excep. l. si post litem. Item 5 opp. C. de ord. iudi. Sol. vt ibi. † Quęro, quę est differentia, vtrum agat, vt bonorū possessor Carbonianus, an intentet directas actiones, & quomodo cognoscam. Dicit gl. quando aget vt bonorum possessor Carbon. aget isto modo, quia sicut in aliis bon. possessio decreta sibi bon. possessione ei competit bonorum possessoria hęreditatis petitio. l. j. & 2. sup. de pos. hęre. di. pet. & habuistis de bon. possessio. l. 3. §. bonorum. ita impubes, decreta bono. possessione Carbo. volebat agere vt hęres, & hoc probat solum, quia erat de mente Carbo. posses. & credebat, quod illa cognitio summaria, quæ inducebat pręsumptionem sufficientem ad Carbo. possessio. sup. ea. l. §. causę, sufficeret in hac bonorum possessor. hęre. peti. quod nō potest, vt hic. Sed si vult agere directa, vt discutiatur, vtrum sit inter liberos, vel non, hoc potest, & ita habetis intellectum huius 4 §. Quęro, † quid si mouetur controuersia de ipsius defuncti statu non ipsius filii, an debet differri per Carbonianum? Videtur, q sic sup. eo. l. i. §. sed & si quis. In contrarium videtur C. de peti. hęre. l. liber. Sol. Ibi propter quęstionem status defuncti vertitur in dubium status filii, vt quia defunctus dicatur seruus, & sic filius nō potest esse liber, & tūc differtur, vt d. l. i. §. sed & si quis. sup. eodē. Sed si propter quęstionem status ipsius filii, vt quia fuit institutus hęres ab extraneo, & tunc non differtur, d. l. liberti. Alij legūt hūc §. alio modo, dicentes, quod in principio fuit missus in possessionem solo verbo, quem pretor studet constituere possessorem re ipsa. ita dicunt ipsi, vt essent contraria predicta. Et potest esse in se satis bona, vt exponamus missum, idest, mitti iussum. quia ex solo iussu non constituitur quis possessor, l. nō est. de pign. actio. & l. 5 cum hęredes sup. de acquir. poss. Sed tunc quæro, † qua actione petatur, quod quis constituatur possessor? Dicit glo actione in factum, quę descendit ex quolibet edicto pretoris, l. pe. §. cum pretor, inf. ne vis fiat ei. Istud videtur mirum, cum bon. possessio petatur officio iudicis, l. 3. §. si causa. sup. de bon. pos. Dicunt quidam, quod ista quęstio glo. referatur solum ad casum supra proxi. qñ quis solum est mitti iussus, tunc petitur actione in factum, vt iste iussus executioni mandet. Sed licet hoc posset fieri tñ tutius est, q fiat missio manu militari, l. si qs missus j. ne vis fiat ei. Quare dic q cogat actione in factum: Non obstat, q no. in l. 3. §. si causa. quia illud in bonorum posses. quę tribuuntius, p quam nullum aduersario fit prẹiudicium, nec requiritur, q citatio fiat, vt ibi dixi. sed hic loqtur in possessione, q est facti. & habet certum aduersariū, & reqritur cognitio, put dixi su. ea. l. §. causę. & §. dię. & ideo actio 6 ne in factum, nō iudicis officio explicatur. † Quæro, qñ hæc actio in factum intentatur, quid veniat in ea. Dicit gl. q corporalia tantum. alleg. l. 2. inf. quorum bonorum: vel melius etiam incorporalia ueniunt quandoq;, ut si agatur ꝯ aliquem debitorem, ut habuistis s. proxi. §. & sic illa possessio habet aliquid ultra, quam interdictum quorum bonorum.

§. Hæc autem. Et per hoc oportebit petere filiū bonorum pos. ordinariam. cōtra. j. eo. l. impubes. § fi. Gl. soluit, cogebatur, si vellet intentare actionē, alias secus & ideo dicit gl. hic in verbo, ordinariam. ideo dicit, si oportebit. s. in futurum, si vellet intentare actionem. sed tunc in Carbo. non oportet. & idem no. C. eo. l. i. in fi. vlt. gl. & est sans bona. vt dicam j. eo. l. si impubes. in fi. & tangam j. proxi. Vel dic, quod iste tex. vult dicere, q si pupillus non possidet hæreditatem paternam ad hoc vt perueniat ad bonorum pos. Carbo. habet primo intentare bonorum possessionē ordinariam, vt sic aduersarii moueant quæstionem status, vt sic mota quæstione status perueniat ad bonorum possessionem Carbonianam, ad quam nō potest peruenire, nisi primo moueatur quæstio status, vt s. proxi. §. dixi. s. e. l. §. si duo. & ita potest intelligi hic.

L E X IIII.

Ideo Dr hic, ex prima parte edicti, quæro, quę est prima pars edicti. Dicunt quidam ꝯtab. quæ præcedit secundum tab. Nō est verum: quare dic, primam partem edicti vocat bo. pos. ordinariam, sequentem, vocat Carbonianam, quæ est extraordinaria, Op. s. eo. l. 3. §. missum. vbi actionem non potest intentare. Dicit gl. etiam intētabit actionem in factum, & sic aget possessorio tñ. Vel dic vtetur omnib. actionib. qñ erit pubes, & liquebit eū hæredem esse. Tu dic, q missus ex Carboniana actione ꝯ principalem aduersarium, non potest intentare, nisi secundum distinctionem, quam vidistis in d. § missum. sed ꝯ alios debitores potest intentare secundum distinctionem, quam dicam s. eo. l. pe. Op. s. eo. l. 3. §. pen. vbi dr, q vt possit actionem intentare, oportet petere bon. pos. ordinariam, sed hic nō posset petere ordinariam, q a est exclusus ab ea, vt hic dr, igitur actionem intentare nunquam poterit. Possumus dicere, q licet sit exclusus a possessione ordinaria, tenebat tñ ius adeundi de iure ciuili, ideo actionem intentabat, & hoc patet ex gl. quæ dicit, q liquebat eum hr̄dem, non dicit bon. pos. Vel dicamus, q agnoscet bon. pos. omissam p restitutionem in integrum, l. j. C. si vt omis. hær. vel. bon. pos. Vel possum dicere, q in d. §. pe. debeamus legere aliter, quam gl. ibi dicat, quasi illa lec. sit a contra istum tex. & legamus alio modo, vt ibi dixi. a

A D D I T I O.

a Ale. Ibi dixi. Supplicium differtur propter partum, & propter mulierem lactantem, & facit, quod habetur in l. 2. §. si propter. si quis cau. & ibi Doc.

L E X V.

Sed & si is. Hic incipit exponere tertium caput edicti de satisdatione.

1 *Supplicium matris differtur propter partum, idem in matre lactante puerū, donec nutrix reperiatur.*

1 **De bonis.** Iste §. facit in ar. † ad q. vos habetis in l. prægnātis. de pęn. & su. de sta. homi. l. Imperator. qđ supplicium matris differtur ppter partum, quæro, quid de matre lectante puerum, cum alia nutrix non reperitur? certe eadem est ratio, q donec non reperiatur alia, supplicium differatur, per hunc tex. & sic dicunt Doc. maxime Old.

L E X VI.

1 *Carb. edic quare non habet locum in bonis maternis.*
2 *Carboniano edicto, an quæstio status differatur.*

1 **De bonis.** Quæro, † q est rō, q in bonis maternis nō hēt locum edictum Carbonianum. Respon. quia hoc edictum est introductum in similitudinem edicti de bo. pos. ꝯtab. l. j. §. i. s. eo. sed in testis fęminarum, bo. poss. ꝯta. non habet locum, l. illud. §. ad testamenta. s. de ꝯtabu. ergo nec Carbo. Item dr, 2 † q differtur qō status, sed an differatur p hoc edictum? Dicit gl. q non. sed ex consilōne, vel interpretatione iurisconsultorum, vt hic, & su. e. l. 3. §. quāuis. Et ideo isto casu ista dilatio posset prodesse in bonis maternis, & haberet vim Carbo. vt si possidet filius, & alius ageret ꝯ eum. dicens eum non filium, tunc q differtur, & interim remanet in possessione, sicut in Carb. l. 3. §. missum. su. eod. Item quæro, dr hic, si sit q. simul de bonis paternis, & maternis, & fraternis, quæro an habeat locū missio ex hoc edicto? & vr̄, qđ sic, argu. j. eo. l. si impubes. §. si pupillus. Cōtrarium tenet gl. quod missio non habet locum, nisi in paternis. & ad legem contrariam responde, vt in gl. quod no.

§. Ita demum. In tex. ibi, explicandum erit. hoc est verum ex hoc edicto, sed ex constitutione quæstio differtur, vt su. proxi. & in l. 3. §. quamuis. su. eo. titu. vel hoc expediebat pupillo.

§. Qui pupillo. No. tex. ibi hęc enim pos. p satisdatione cedit. habes hic, qđ missio in possessionem habet vim cautionis. Simile in l. si finita. §. eleganter. & §. seq. j. de dam. infecto.

1 *Alimenta, qui debet habere, quandò debeat habere expensas studij.*

1 **§. Non solum.** No. tex. ibi, in studio, &c. No. † q ille, q debet habere alimēta, debet habere expensas in studio. simile sup. vbi pup. edu. deb. l. qui filium. contrarium habuistis sup. de alimen. & cib. leg. l. legatis. Ego respōdi ibi,

ibi aliud enim debetur ex dispositione testatoris: aliud cum ex dispone legis. Dices tu, q hic §. facit contra id, quod dixi sup. de collatione bon. l. 1. §. nec castrense. Dixi, q pater non tenetur impendere in studio filii. Sed respondeo, tex. iste hoc declarat, q hic loquitur in studiis necessariis, sine quib. homo sm consuetudinem, & conditionem suæ personæ uiuere non potest. vt addiscat Grammaticam, & similia. & tunc dicitur impensa necessaria, vt hic. sed secus in studiis, in quib. homines dicuntur militare, & sine quibus quis potest honeste viuere, secundum conditionem suæ personæ, quo casu, dic vt ibi dixi.

§. Post pubertatem. Est hic bonus casus, & ponit optimam practicam. & hes hic, q de petitore fit reus, si vult satisdare etiam post pubertatem. Sed quid si neuter vult satisdare? Dicit gl. respondeo ex his, q no. sup. e. l. sed & si is. §. quoties. & §. cum autem. vbi dr, quod possessio debebit dari cuidam curatori bonorum, & apud illum sequestrabitur. Ad q facit l. postquam. §. Imperator. vt leg. nom. caue. sed in possessione data curatori bonorum, quis sustinebit partes actoris? Respon. ille, qui ab initio sustinebat, antequam daretur Carbonia. bon. poss. arg. l. si oleum. in prin. sup. de dolo. & dixi in l. interesse. inf. de acq. poss.

L E X VII.

Si impubes. Circa princip. dicitur, simile Carboniano. Dicit gl. quare dicit simile Carboniano? & non respondet. Tu dic. Carbonianum edictum principaliter videtur inductum propter liberos legitimos, & naturales, & ideo cum loquitur de filiis adoptiuis, non videtur, quod proprie hoc edictum habeat locum. Hoc non placet, quia cum hoc edictum sit inductum ad similitudinem bo. pos. contratab. vt sup. e. l. 1. §. 1. & illud in adoptiuis habet locum, ergo & istud habebit locum. Sed quare hic dicit, simile? Respond. quia hoc olim proponebatur cum quadam solennitate, q hodie cessat, & sic habet locum Carbonianum ad similitudinem antiquæ solennitatis, cum qua Carbonianum proponebatur, vt habuistis not. in e. l. ideoq;. & sup. de vent. inspi. l. edicti. m. Itē dicitur hic, locus erit Carboniano edicto. Cōtra, imo non habet locum Carbonianum, quia constat eum filium, vt inf. l. proxi. Sol. intellige hic de Carboniano vtili, non de directo, vt ibi.

§. Cum vero. Quærit gl hic sup ver de iure, quid est hoc, quod dicit, de iure testamenti? & no respondet. Sed dico, quod in querela inofficiosi testamenti nō fit quæstio, an sit filius, sed an valeat testamentum, vel non, & sic an excludatur a bonis. est ergo quæstio de bonis tantum, & non de statu, ideo non debet differri, & ita loquitur hic §. pone, quod filius agens querela negatur filius, quid erit fiendum? Respondeo, non poterit fieri missio in poss. ex Carbonia. sed ex constitutione, qua quæstio status differetur, & si ille obtinebit in querela, posito quod sit filius, habebit necesse petere hæreditatem ab intestato, & tunc si opponetur sibi q. status, habebit locum Carbonia. sic debet intelligi hic, & l. qui de inofficioso. sup. de inoffi. testamen.

Si mater. Contra sup. e. l. 1. in fi. Respon. hic agebatur contra matrem tantum, ibi vero contra matrem, & filium, vt ibi dixi. Item op. in e. l. 3. §. idem. Sol. debemus ponere hic matrem esse maiorem 25. ann. secus si sit minor, vt in prio, quia est verisimilius maiorem diligentius causam defendere, quam si esset minor. Item secus si esset mater grauida, vt dixi ibi plene in pra eo l. 1. in fi. & vide gl. quæ incipit, immo nunquam, &c. & ipsam signa.

§. Quoties. Ad primum dictum opp. q cōtradicat sibi ipsi, quia dicit, cum interponitur Carbo petitio de e lit, ac si non esset controuersia status. Sed tunc contra, quia si non esset controuersia, non habet locum Carb. Glo. soluit. Item opp. q sufficiat, quod vnus pro parte defendat, l. si quis putans. §. si damnu. sup. communi diui. dicit gl. hoc ideo, qa persona defuncti inspicitur, cum qua est controuersia. l. apud Iulianum, ea qb. cau. in pos. ea, ibi. quasi cum eo contractum, &c. & l. 1. §. fin. & l. ne in plures. de exerci. & l. si cum vno, sup. si ex noxa. causa aga. & l. si noxali. §. fi. ff. de pecu. Hæc sol. nil ad propositum, quia in actis diuidius sufficit quemlibet hæredem defendere pro parte sua. l. iam tamen. §. pen. ff. vnd Sol. Ad hoc facit l. 2. §. fi. ff. de præto. stip. Item facit l. hæredes. §. an ea. fam. ercis. sed leges allegatæ in gl. loquuntur in aliis casibus. Quare dic, quod in casu nostro ratio est, quia missi in possessionem defendunt tanquam curatores bonorum, vt sup. eod. l. sed & si is. § 1. & videbitis infra eodem. l. penultima, & vltima. Sed sicut curatores bonorum debent insolidum defendere, l. vltima. de cura. bon. dan. ita & isti debent insolidum defendere.

§. Interdum. Dicitur hic, q si non petit contratab, sed vnde liberi, &c. Gl. opp. & soluit, tene primam solutionem datam in ea.

§. Si pupillus. Vides hic, quando fit conuentio de bonis liberti, & patris simul, & semel, quæstio status mittitur. Et est ratio, quia vna contentio sequitur ad aliam, l. 1. in prin.

1 *Filius præteritus, qui tacuit per annum, an faciat reconualescere testamentum de iure prætorio.*

a **§ Quæsitum.** Hic est not. §. & difficilis, & de ipso fecit magnum festum. Ad primū casum op. si non fuit filius, ergo non debuit dari Carb. vt sup. eo. l. 3. §. causæ. So. Hic fuit modica præsumptio pro eo, ita q fuit data Carbonia na, licet in veritate non fuit filius. sed tunc quo dabitur sm tabu. cum interim habeatur pro filio, propter illam modicam præsumptionem, & habetur pro filio, ac si nulla controuersia fuerit, vt s. e. l. quoties. & qō status differtur? Resp. secundum iura hodierna, & secundum quæ sufficit sola agnitio, esset expeditum, quia in Carb. non quæritur, an sit filius, l. vlt. C. qui admit. ad bo. pos. secundum tempora Digestorum est dicēdum idem, q qn fuit data secundum tab. non fuit quæsitum, an ille filius esset præteritus, uel non, quia non fuerat data in forma iudicii, l. 3. §. acquirere, & ibi no. de bo. pos. & sic habebit istum effectum, quia iste qui habuit bo. pos. sm tab. aget bo. pos. hær. peti. post tempus pubertatis ex vigore illius bo. pos. habitæ intra tps pupillaris ætatis, q bon. pos. hodie constat habuisse effectum, cum cōstat ipsum pupillum in veritate filium non fuisse. Venio ad secundum casum, si filius non petit ɔtab. tunc datur sm tab. Contra hoc opp. si filius petit ɔtab, ergo pos. Carb. non proderit, quia actionem intentare nō potest, nisi ordinariam bo. pos. agnoscat, l. 3. § pe. & fi s. e. Sed cum impossibile sit, q ordinariam agnoscat, qa exclusus ab ea, ergo &c. cum constet illum filium, qui est exclusus a ɔtab. non posse habere bo. pos. posito, q quis eum filium confiteatur, ergo Carboniana non debebit dari, vt ff. eod. l. cum sine. & sup. de inof. test. l. qui de inof. Sol. dic, vt s. eod. in l. iō. Nam licet filius sit exclusus a ɔtab. tamen potest ad eas reuerti per restitutionem in integrū. Ita sentit gl. hic in tertio casu. Nā si deficeret omnis spes, deficeret Carb. Venio ad tertium casum, in quo habes, q fuit præteritus filius suus, ideo cum dicendo nullum, posset venire per vnde liberi, & stetit anno, q si petiit vnde liberi, ex hoc scriptus hæres pōt petere secundum tabu. quia ille præteritus tacendo, per annum vr approbare testamētum, l. filio præterito. sup. de iniusto testa. & ipse pupillus potest petere Carb. si est intra annum a tempore, quo est sibi mota quæ-

1 stio status, vt s. eo. l. 3. in fi. No † hic casum b expressum cōtra Vl-

b tramontanos, qui dicunt, ad hoc, ut testamentum conualescat de iure prætorio, requiritur approbatio filii. Ego dico, q taciturnitas per annum videtur testamentum confirmare, vt possit peti secundum tabu. vt hic, quod tene menti, & hoc no. quia habet locum etiam in petitione hæreditatis, quod est contra dicta Vltramontanorum in l. 2. C. de posth. hære. insti. dixi in d. l. filio præterito. sup. de iniusto testa. Hoc præmisso si filius esset exclusus, sequitur, q si quis confitetur eum filium, eum ad successionem uenire non posset, sibi non debet dari Carb. vt ff. eo. l cum sine. Rn. potest uenire ad successionem per restitutionem in integrum. Et hoc dt hæc glo. ibi. licet filius posset restitui. Ex quo sequitur, q maior, q non posset restitui, tacendo uidetur testamentum approbare, taliter, q post non posset dicere nullum, quod tene menti. Op. quod ex testamento, quod est nullum, non possit adiri hæreditas, nec bo. pos. sm tab peti, vt inf. tim. 1. l. hi demum. & sup. de bon. pos. l. non est. §. vbicunq;. Sol. Hic filius non dixit nullum, secus si dixisset. Item dr hic, q habet locum Carb. pos. sm tab. contra. Carb. datum ad similitudinem bo. pos. contratab vt l. 1. §. 2. su. eo. sed contra ta. & sm tab. non concurrunt. ff. ti. 1. l. 2. §. expectandi. Gloss. sol. Tu dic clarius, Carb. bo. pos. est inducta ad similitudinem bono. poss. ɔtratab. hoc est, vt illis competat Carb. quib. competeret contratab. si essent præteriti. sed bene possunt reperiri casus, in quib. competeret Carb. bo. pos. non tamen competeret cōtratab. & ita hic. Item est differentia inter Carbo. & contratab. quia una tribuit ius, alia non.

A D D I T I O N E S.

a Ale. Quæsitum. Declara, vt per Bal. in l. fi. in vers. sed hic quæritur in bo. pos. quæ tribuit. C. vnde legi.

b Alex. Nota hic casum. An ad hoc, vt testamentum reconualescat de iure prætorio, requiratur approbatio filii, expresse Bald. in hoc tenet contrarium in l. fin. C. vnde legi. & in l. 2. de contratab. & in l. 1. C. de suis. & legiti. videlicet quod ius dicendi nullum, non tollatur anno, & omnes communiter contra Bar. in d. l. filio præterito.

L E X VIII.

Decessit. No. hic quando constat aliquem esse inter liberos, dubitatur tamen de aliqua qualitate. s. an sit in potestate, vel non, tunc habet locum Carbon. possessio, ex sententia, non ex verbis.

L E X X.

Cum mulier. Dr hic, q ventri datur bo. pos. ex Carbo. Contra s. de ven. in pos. mit. l. 1. in prin. Sol. expone, ex Carb. i. ex edicto de ven. in pos. mit. Item dr in ver. ne autē, q mater non aufert pupillo ius ordinarium. Contra, imo etiam nec extraordinarium aufert, vt s. eo. l. j. §. fi. & l. 3. §. pe. sup. de inreu. Sol. Concedo, q pupillo non aufertur nec ordinarium, nec extraordinarium, sed matri bene præiudicat, quando petit se mitti in possessionem nomine ventris, licet contra no. sup. de vent. in poss. mitt. l. 1. §. si cui, dic, vt ibi.

LEX

LEX XI.

a **Cum sine.** a Dicitur hic, ꝙ exhæredatus nõ habet Carb. quia si aliquis confiteretur eum filium, non admitteretur. Contra, ſ.e l.si impubes.in fi.vbi constat quem esse exclusum ab illo iure, & sic si aliquis confiteret̃ eum filium, non admitteret̃, & tamen habet Carb. Sol. Ibi potest admitti per restitutionem in integrum, & sic de iure prætorio. Nam per Carb. prætor sibi subuenit, sed hic non potest admitti, nisi per querelam, & sic de iure ciuili, vnde prætor nõ subuenit sibi, nisi prius intentata querela. Vltimo hic not. ꝙ interest mea pronunciari me fratrem propter hæreditatẽ fratris, & sic no. ad id, quod dixi de actionibus præiudicialib. quia possum me petere pronunciari fratrem, ut dixi sup. de vent. in poss. mit. l. vbicunq; §. 1.

ADDITIO.

a Alex. Cum sine, Limita, ut per Bal. in l. 1. C. eo.

LEX XII.

Scriptus. No. casum, in quo hæreditas non adita transmittitur, quod dic plene in l. ventre. de acq. hære.

LEX XIII.

Titia. Dic plene de materia huius legis, ut sup. eo. l. 1. in fi.

LEX XIIII.

Quæritur. Quæro, quid in possessionibus uacantib. Puto, ꝙ debeat interim mitti in possessionem, si paratus est satisdare, ut sic possessoris partibus fungeretur, ut ſ. eo. l. quod de bonis. §. fi.

LEX XV.

1 *Missus ex Carboniano, an possit agere.*

Sed sicuti. Op. ꝙ missus ex Carb non possit res uendicare, ut ſ e, l. 3. § missum. Dicit gl. ꝙ ibi agebat cõtra principalem aduersariũ, hic contra alios debitores. & est bona, & ipsam approbant Doc. in l. aditæ. in 4. op. C. de ordi. iud. Vel dic, dicit gl. hic satisdedit, ideo agit ꝯ particulares possessores, tanquam curator datus bonis, & est vera, & istam opi. tenet Cyn. C. eo. l. j. de hoc an missus ex Carb. possit agere, habetis in l. j. in prin. ſ. eo. l. 3. & l. missum. & l. ideo. & C. de ordi. iud. l. 1. in 6. q. C. eo. l. 1. & ſ. de inof. test. l. ꝙ de inofficioso. Et ideo pro declaratione omnium istorum reassume, Aut quis incipit agere, antequã sibi status qõ moueretur, & tunc postquam quæstio status incipit sibi moueri, potest omissa prima qõne Carb. bo. pos. petere, ꝙ differatur quæstio status in tempus pubertatis non distincto, an prius agebat petitorio, vel possessorio, vt ſ. eo. l. 1. in prin. licet glo. aliter ibi dicat, Ita debet intelligi l. 3. §. pen. sup. eo. secundum lec. quam dedi ibi. aut vult agere post petitam bo. pos. & tunc aut agit contra principalem aduersarium, aut contra alios particulares debitores, uel possessores. Primo casu, aut agit possessorio, & potest, ut sup. eo. le. 3. §. missum. & d. §. parui. ea. l. secundum lec. gl. Aut agit pretorio, & tunc si quidem vult agere tanquam Carb. possessor, ut illa summaria ꝓbatio, quæ fuit habita in Carb. sibi prosit in hoc iudicio. & nõ pot, d. l. 3. §. missum. Si uero vult agere directa petitione hæreditatis, & probare se filium, tũc potest, d. §. missum. Si uero vult agere ꝯ alios debitores, seu particulares successores, tunc aut non satisdedit, & non potest, ut hic a ꝯrio sensu, & l. sed & si is. §. 1. ſ. eo. Aut satisdedit, & tunc aut vult agere tanquam hæres, & non põt, ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis, §. missum. & l. si quis libertatem. ſ. de pet. hæred. Aut vult agere tanquam curator datus bonis ex uigore satisdationis, & potest, ut hic, secundum vnam lec d. l. sed & si is. §. 1. 2. & 3. sup. eo.

TITVLVS VNDECIMVS.

De bonorum possess. secundum tab.

Dictum est de bono. poss. contra tab. uerum quia est alia bon. poss. quæ uocatur s̃m tabu. quæ non habet locum, donec potest intentari contra tab. vt inf. eo. l. 2. in prin. & §. 1. ideo post titulum de bon. poss. contra tab. sequitur de bo. poss. secundum tab. Quærit gl. quare in C. primo posuit bo. poss. secundum tab. & hic post posuit. Dic, ut in glo.

LEX PRIMA.

1 *Instrumentum publicum potest scribi in chartis de papiro.*
2 *Instrumentum scriptum in tabulis de ligno, probat.*
3 *Scripturæ antiquæ in lapidibus, probant, quando fuerunt scriptæ de partium uoluntate.*

TAbulas. Quæro, utrũ sit dĩa, quibus verbis qs vtatur. Gl. ꝙ nõ, & bene l. hac consultissima. in fi. & l. qñ. C. de test. Item dr̃ hic, ꝙ non refert, 2 in qua materia hoc fiat. Quæro, quid a si scribatur in tabula de ære. Respond. sufficit, etiam si in lapide scribatur. Quæro, quid si in terra scribatur. Respõd. si sigillari potest, sufficit. Ex hac 1 † l. extra glo. not. ꝙ instrumentum publicum potest publicari in b chartis de papiro, b ut hic, dum dicit, chartas, quia chartæ dicuntur de papiro, ut ſ. de leg. 3. l. librorum. & ext. de confir. uti. uel inutili, cum dilecta. & in Specu. de instrumen. edi. §. postremo. uerum, quod est scriptum. Secundo no. ꝙ † si in tabulis de ligno scribantur instrumenta publica, eandem fidem ponant, sicut si in chartis scriberentur, ut hic, dum dicit, siue ligneæ sint. Pro hoc ſ. cõmo. l. in cõmodato. § sicut autem, ver. ergo si pupilla, & hoc ibi tangitur p Gul. de Cun. Vltimo ex quæstionib. gl. quæ dicunt, 3 ꝙ possunt scribi in terra, uel lapidibus, facit in arg. † ad qõnem, ꝙ scripturis antiquis factis in lapidib. debeat credi, & hoc est uerũ, si fuit scriptum de partium voluntate. Pro hoc est tex. & gl. C. de relig. l. monumentorum. in fi. Pro hoc, quod no. in Spe. de prob. §. nunc videndum. ver. 9.

ADDITIONES.

a Pom. Quæro, quid. Et uide gl. in l. qui tabulas. ff. de fur. & ibi Bar. tex. in c. cum dilecta. de rescrip. & ibi Abbas.

b Ale. De papiro. Circa instr̃m publicum in papiro, facit ad id, qđ in l. Sempronius Proculo. de leg. 2. & adde Bar. in l. in commodato. §. sicut. in fi. commo.

1 *Testamenta duo eodem die confecta: si producuntur, nec apparet de prioritate, uel posterioritate, cui debeat stari.*
2 *Testes si duo deponant, quod Titius occidit Seium, alij duo, quod Sempronius occidit Seium, ambo puniuntur.*

a **§. Non autem.** a Op. de l. quod dr̃. ſ. de test. mil. vbi solus cursus anni irritat tabulas. Sol. Speciale ibi in milite. Item op. C. de testa. l. sancimus. vbi cursus decennij mutat testamentum. Sol. Ibi fuit cursus decennij cum reuocatione facta, licet minus solenniter, sed hic nulla fuit reuocatio, 1 Quærit † glo. b quid si producuntur duo testamenta eodem die b confecta, nec apparet, quod prius, & quod posterius, quæritur cui debeat stari. Glo. no. hic plene, & C. de edi. diui Adria. tol. l. fin. & Rof. ponit quasi idem super hoc ut in fi. sed Doc. uidentur dicere sic. Si quidem illa duo testamenta fuerunt facta sub una sigillatione est vnũ testm̃, & ambo ueniunt ex testamento, ut ĩ. ea. l. si quis in duobus. & de tab. exhib. l. locum. §. 1. Si autem sunt diuersæ sigillationes, non tamen apparet, quæ prius, & quæ posterius, tunc Azo, & Hug. dicunt, ꝙ nullus eorum sit hæres, quod prius Dy. tenet, quia est dubium de viribus testi, ergo non potest adiri hære- c ditas, ut l. sed & si de sua. ſ. de acq. hære. & hoc placet, c sed recipit tres limitationes. Primo s̃m Iac. But. vt sit verum, quando neuter possidet sed si alter possidet, ille obtineret, & actor succumberet. Nam actor debet probare testamentum suum esse factum posterius, quo non probante, succumbit. Pro hoc l. cum actum, & qđ ibi no. ſ. de neg. gest. & l. matrem. C. de prob. & l. non solum. §. sed vt proban. ĩ. de ope. no. nun. Secunda limitatio, ꝙ prædicta sunt vera, qñ instituti sunt paris conditionis, quia nullus erat de uenientibus ab intestato. Si n. in uno essent instituti extranei, in alio uenientes ab intestato, tunc debemus præsumere in dubio pro uenientib. ab intestato, ar. ſ. de ꝯta. l. si duob. §. si prius. & l. hac consultissima. §. si quis. C. de test. Et pro hoc l. ult. in fi. C. de cod. Pro hoc facit vrgens rõ, qa si neutrum illorum testamentorum valeret, uenientes ab intestato venirent, unde si volunt venire ex testo s̃m defuncti voluntatem, tutius est eos admitti, pro conseruanda defuncti voluntate. Tertia limitatio est, qa prædicta sunt uera in pagano, qui non põt decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, cum duob. testis, l. si certarum. & l. quærebatur. ſ. de test. militis. secus si esset miles, quia posset decedere cum plurib. testamentis. 2 Item faciunt, ad † q. si duo testes deponunt, ꝙ Titius occidit Seiũ, & alij dñt, Sempronius occidit Seium. Ex prædictis põt solui, ꝙ si diuersificãt in tpe, quia duo dicunt, ꝙ Titius occidit de mẽse Aprilis, alij ꝙ Sempronius occidit de mense Maij, tunc isti sunt ꝯrij. l. j. s̃m unam lec. C. qui accu. non pos. & sic vel neutri stabitur, vel eligentur digniores, secundum l. ob carmen §. fin. ſ. de testi. Si uero non diuersificant in tpe, sed simpliciter duo dicunt, ꝙ Titius occidit Seium, alij duo dicunt, ꝙ Sempronius occidit Seium, tunc cum possibile fuerit, ꝙ ambo simul occiderunt Seium, ambo puniuntur, per ea, quæ ſ. dixi.

ADDITIONES.

a Barb. §. Non autem. Et de duob. testis uide Per. in c. 2. de off. deleg. & quod no. in c. ultima uoluntas. 13. q. 2. Et in quantum dicit, ꝙ præsumitur pro possessore, uide Bar. in simili in l. qui duos. §. cum in bello. & in l. si inter virum. de reb. dub. & ibi Mod. in l. illa. de verb. ob. gl. in c. nulli 12. q. 5. gl. in c. duob. de rescrip. lib. 6. & ibi Pet. qui transit cum Bar. hic, & uide Lud. Ro. in consi. 2. 2.

b Ale. Quæri gl. Vide Bal. Ang. & Imo. in l. cũ qui, in prin. ſ. de acq. hære. Et de hac q. & quid in duab. sniis contrarijs, & duab. electionib. eadẽ die factis, uide Bal. in l. 2. C. qñ prouoc. Et quid in duob. instris factis eodẽ die, nec apparet, quod primo, & ꝙ secundo, uide Bal. 10. in l. de reb. C. de do. ante nup. & gl. Bal. in cõstit. j. C. in §. quibus. Et quid in duob. instris procurationis factis eodem die in una persona, uide Bal. in l. falsus. C. de fur. & de q. uide aliquid per gl. Doc. in c. duob. in gl. ĩ. de rescr. in 6. Adde de duob. procuratorib. eodem die constitutis. *Menoc. Adde Alciat. tract. præsump. reg. 3. præsump.

c Pom. Hoc placet. Vide Fel. in c. 3. de ꝓb. ubi enumerat cõmoda possessionis, uide Barb. cõs. 31. alias 3. in 2. uol. cõs. 65. eo. uol. Ro. cõs. 256. in prin. & cons. 117. & cõs. 179. ad fi. tex. & ibi Gem. in prin. de ꝓb. li. 6. Card. cõs. 145 & in c. cũ ad sedẽ. & ibi Gem. in prin. de ꝓb. li. 6. Tiraq. de iure primogen. q. 17. opin. 11. nu. 9. *Men. Soc. iun. cons. 2. nu. 10. li. 2.

1 *Solennitas testamenti, quando sufficiat, quod probetur per duos testes, & quando requirantur septem.*
2 *Appellatio, quæ fuit interposita in scriptis, si est deperdita, potest probari per duos testes.*
3 *Publicatio testium quando fit, satis est, quod iudex dicat dicta eorum pro apertis habenda.*

§. Sufficit

§.Sufficit. Dr hic.sufficit tabulas extare, & si non proferantur. Quæro qñ iudex dabit bo.pos.si nõ proferuntur tabulę, quia non sunt apud hæredem, vel desierunt extare? Rñ. si loquimur fm iura hodierna, fm q̃ sufficit sola agnitio, nõ est dubiũ, ut hic no. & l.vlt.C.q admit.ad bon. pos. sed fm iura ista est dubiũ. Sed dic eodẽ modo, quia istę bo.pos. non dantur in forma iudicii, l.1.§.acquirere.ff.de bo.pos.& sic iudex summaria
1 cognito negotio dabit bo.pos. Sed quæro, quid † prodest ista bon.pos.cum si agam bo.pos.hær.peti. non poterit probare se institutũ? Dicit gl.C.eo.ti.l.2.ꝙ sufficit probare ipsum institutũ ex testõ, & septem testes interuenisse, per duos testes, ita dñt quidam. Si nõ est dubium de voluntate, & solennitate, quia est dubiũ, an testõr me instituit, item an instituit me solenniter, tunc uoluntas debet probari, & solennitas per septẽ testes, ut probat in l.vlt.C. de fidei com. Si autẽ est certum de voluntate, sed dubium de solennitate, ut quia aduersarius hrs confitentur, ꝙ talis me hr̃dem scripsit, sed dicit nõ solenniter, tũc si quidem cõfessio hæredis fuit certo tpe limitata, ut qa dicat, confiteor, ꝙ talis te instituit tali tpe, die ac loco, tunc sufficit probari solennitatẽ per duos testes. ita põt intelligi gl. C.eo.l.2. Si cõfessio hr̃dis nõ fuit limitata tpe, & loco, vt qa dicit, ꝯfiteor, ꝙ fuisti hr̃s scriptus, sed nõ solẽniter, tũc non sufficit, ꝙ probet de solennitate, nisi per septem testes, nam si probas per duos. tres, vel quatuor testes solẽnitatem intercessisse, nõ sufficit, qa ꝯfessio hr̃dis, non extenditur ad tps, quo solẽnitas intercessit.
a Vlterius a iste §.facit † ad qõ. b qñ appellatio oẽt interponi in sen-
2 tẽtis, & si est in scriptis interposita, & est perdita, certe per testes probari poterit, vt hic, & l.testium.in fi.C.de testib. dr † hic, sufficit ta-
b bulas extare, licet non proferantur. Facit, qñ iudex pronunciat di-
3 cta testium habenda pro apertis, licet nõ legat, nec partib. aperiat
c sufficit.c Et hoc puto verũ, si partes aliter sciant dicta testium, ut in auth.at qui semel.C.de proba.& in summa illius ti. per Azo.

ADDITIONES.

a Po ma. Vlterius. Vide Ang.in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iud.Pan.in c.2.ad fi.de prob. Doc.in l.pactum, quod bona fide.C.de pac. Pau.de Cast.consi.2. Fel.in ca. sicut.de re iu.& quod in casibus in quib. requiritur scriptura, non præsumitur pro actu, nisi appareat scriptura, ut per Fel.in c.j.per illum tex.post Pan.ubi latius non contest.
b Ale. Facit ad quæstio. Et istud dictum no.ad intellectum eorum, quæ dixi post gl. §. Bal.in l.contrahitur, sup.de pig.& adde, ꝙ licet regulariter in sententia requiratur etiam scriptura, tamen fallit in causa matrimoniali, quam sufficit probari per testes.c. Albericus.et ibi Inn.ext.de testib. et ad Bar.hic adde no.per eum in l.sicut.C.de fi.instru.vbi etiam Bar.hic, et Bal.in l.2.C.de eden. Bar. et Bal.in l.emancipa.C.de fide instr.et Bal.in l.gesta.C.de re iu.
c Ale. Sufficit. Quando iudex pronunciat dicta testium haberi pro apertis, sufficit, et adde Bar.in d.auth.at qui semel.

1 *Possessio ex edicto diui Adria.non datur producenti exemplum testamenti.*
2 *Nec etiam datur producenti exemplum testamenti, manu eiusdem notarij.*

§ Si quis in duobus. a No hic, ꝙ exemplo nõ potest peti bo.pos. 1 Et † sic facit ꝙ possessio ex edicto diui Adria. non debet ei dari, qui producit exemplum, licet bo.pos.ex illo ti. differat multum ab ista, nam illa non potest dari, nisi producatur testamentum non uitiatũ, &c. l edicto. C.de edicto diui Adria.tollen.sed ista datur, etiam si tabu-
2 læ non producantur, ut sup.eadem l.§.sufficit. Item † facit ad q. si vnus, & idem notarius exemplificat testamentum suum, dicens, hoc exemplum cuiusdam testamenti facti manu mei notarij, ex illo exemplo non datur bon.pos.nec pos.ex edi.diui Adria. ut hic dicit in testatore, qui exemplauit suum testamentum. Prædicta
b uera, b nisi exẽpletur ex protocollo notarij mortui, quia tunc habetur pro instrumento publico, & authentico, ut in c. cum P. tabellio, ext.de fide instrumen. Nota bene tex. ibi, si uero id, quod exemplum, &c.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Exemplo. Aduerte, ꝙ Bar.arguitur de contrarietate in hoc §. si quis in duobus.per Ale hic Tu dic pro saluando Bar.ut in cõcordia posita ad l. Sempronius Proculo.ff.de leg.2.

ADDITIONES.

a Ale. Si quis in duob. Aliqui alleg.Bar.cõtrariũ tenuisse in l.Sempronius Proculo. de leg.2.licet posset cõcordari, qd̃ aut instrũm subscriptũ fuit, et publicatũ, et creditur exẽplo, ut ibi, sed si solũmodo copiat exẽplũ, nõ credit, ut hic. Et ad id, qd̃ dixit hic Bar.uide qd̃ scripsi in auth.si qs in aliquo.C.de eden.post Bar.et Bal.late et uide Bar.in l.si qs ex argẽtarijs.§.prætor ait.et §.prohibet.ff.de eden.ubi ẽt tenet contrariũ, et facit hic, quod scripsi post Ro.in l.sciendum.de uerb.obli.
b Ale. Prædicta uera. Adde Bar.in l.si qs ex argentarijs.§.1.ff.de edẽ.et Cy.in l.contractus.in fi.C.de fi.instr.Spe.in tit.de inst.edi.§.ostẽso.uersi.illud quoq. cum se.

§.Exigit. Iurisconsultus procedit hoc ordine. Primo dicit a quib.debent esse factæ tabulæ, ut bon.poss.dari possit. Secundo dicit, quomodo. Tertio, qñ. Quarto dicit, pro qua parte debet dari bonorum poss. sup vero dicit, ex quib. tab. datur bo.pos.& ita transit. Contra, imo sufficit, si habeat testamenti factionem, tẽpore testamenti facti, ut inf. ea.l.§ si quis autem. Gl. dicit multum bene, uide eã, quæ incipit, nota ꝙ duob. &c. & ipsam
a signa a ibi, non sic in duob.primis, imo idem, ut probat §.1. proxime alle.& per hunc § & eius gl.quæ incipit, non õno, &c. patet, quod Guil.de Cu. male dicit in l. & si filius.§.si filio.ibi, pone, &c. sup.ad Maced.

ADDITIO.

a Ale. Ipsam signa. Vide de hac gl.no.Bal.in l.2.C.de sacros.eccl.in lec.in 3.q.in fi. et in l.fi.in fi.C.si a non cõpe.iud.et in l.fi.in ver. hic dubitatur, C. unde legi. plene per tmo.post alios in l.is, cui lege.de testa.et in l.Gallus.§.ille casus.ff.de libe. et posthu.

§.Si linum. Hic incipit tractare, quales debent esse tabulæ, vt bo.pos.detur. Et ad euidentiam scias, ꝙ tabulæ, ex quib.pet.ĩ bo.pos.debẽt esse signatæ signis septẽ testium, l.2.C.e.ti. Op. ꝙ non possit dari fm tab. quia datur tñ ex tab. in quibus sunt septem signa, ut j.eo.l.chartæ.& C.eo.l.2. Sol. licet hic linum sit incisum, tñ remanent septem sigilla, quia non fuit incisum linum in quo fuit septem sigilla appensa, sed aliud linum. Vel si illud linum fuerit incisum, dic, ꝙ nõ est totaliter incisum, qd no. pp rescripta antiqua. sed qs inuestigabit hoc, an fuerit incisum linum a testõre, uel ab alio? Rñ. fm iura hodierna, fm q̃ sufficit sola agnitio sine iudicis facto, nõ est dubiũ, sed fm iura antiqua, fm q̃ requirebãt decretũ iudicis. tunc nõ curo qualr iudex interposuit decretum. sed in bono.pos.hær.e petitione examinabitur plene a quo fuerit linum incisum ar l.de pup.§.toties.inf.de no. ope. nũ.

1 *Priuilegium habens chordulã, in qua sigillum sit appensum, corrosam probat, dummodo remaneat tantum de chordula, quo sigillum sustineat.*
2 *Testamento corroso in parte substantiali non creditur, & quando.*
3 *Notario attestanti de aliqua cancellatione, uel suprascriptione, creditur.*

§.Si rosæ. No. hic bo tex. ad tab. seu ad priuilegia, † quæ cũq; corrosam habent chordulã. in qua est appensum sigillum, quia sufficit. ꝙ remanet tñ de chordula, ꝙ susti-
2 neat sigillum, secus si totaliter chordula est corrosa. Ponam, † ꝙ testamentum est corrosum in aliqua parte substantiali, an dẽat ei credi? Dicit gl. ꝙ non, secus si non sit corrosum in parte substan-
a tiali, quia tũc sic. l.si vnus.C.de testa.l.pe.§.fi.eo.ti.ita dicit gl.a Aduerte, si testamentum continet rosuram in loco suspecto, non debet ei credi, & hoc est verum, nisi per aliquam partem testamẽti, põt cõprehendi, quid in illa parte corrosa cõtineretur, c.cũ olim.
3 ext.de censi Et per hoc † apparet si notarius diceret, cancellationem, & subscriptionem ego feci, sibi credetur, ut l.j. sup.de his, q̃ in testa.delen.& de hac q. habetis per gl.& Cy. de edi. diui Adria.tol.l.ult.in 2.q.principali.circa fi.

ADDITIO.

a Ale. Dicit gl. Quod no.ad subscriptionem notariorum. Et adde quod no. Innoc. in c.fraternitatis.de hære.et no. in c.cum uenerabilis.de reli.domi. et in c.ex literis.de fi.instr. et adde quod no.dixit Guid.de Suza.in l.si ex falsis.C.de trãsa. qd̃ utens falsi instrumento, in quo continetur aliqua falsitas, etiam in loco non suspecto, incidit in crimen falsi, et refert ita tenere Io.And.in addi Spe.de inst. edi. §. inte.in addi.quæ incipit, huic dicto.

LEX II.

1 *Bonorum possessio secundum tabulas, an concurrat cum bonorum possessione contra tabulas.*
2 *Bonorum possessio unde liberi, an peti possit. donec pendet, an unus petat contratab. & alius secundum tabulas.*
3 *Bon.pos.secundũ tabulas, cũ habet locũ, uenire per unde liberi, quid prosit.*
4 *Posthumus, qui recasurus est in potestatem, an uenire possit per unde liberi uel per contratab.*
5 *Exclusus a contratab.qui potest petere restitutionem, an debeat expectari antequam petat secundum tabu.*
6 *Bonorum possessione contratabulas petita, secundum tabulas peti potest, quando contratab.est delata ei, qui non est de liberis.*
7 *Bonorum poss.secun.tab.an expectari debeat, ut petatur, quousque Carboniana peti potest.*

Aequissimum. Hic Iurisconsultus incipit tractare, quo tpe debet peti bon.pos. fm tab. Op.& vr, ꝙ possit aditi hæreditas, anteq̃ petatur ꝯtab. quod apparet, quia post aditam hæreditatem datur ꝯtab. l. illud. in prin.sup. de ꝯtab. Sol. Aliud in aditione de iure ciuili, ut ibi, aliud in fm tab. bo.pos.ut hic. Item vr, ꝙ instituti non expectant præteritos, le.illud.§.si sup.de contrata. Rñ. verum est, ꝙ ibi non expectant præteritos, sed non ueniunt per bon. pos. fm tab. sed contratab. Item
1 opp. † ꝙ secundum tab.& contra, possunt cõcurrere. l. si duob.ff. de leg.præstan. secundum unam lec. glo. Quidam reprehendunt ibi illam gl. ego sustinui eam ibi, dicendo, ꝙ tunc non datur secundũ tab. donec sperauit contratab. quando institutus non est in pari gradu, cum uenientib.per contratab. alias secus, ut ibi. Sed dices tu, nonne & præteritus erat in eodem gradu, & tñ non habet locũ fm tab. donec intentabatur ꝯtabulas? Sol. Vos habetis j. proxi. §. ꝙ institutus sub conditione potest petere fm tabulas, ille ergo, qui est institutus, licet alius posset petere ꝯtab. pendet institutionis suæ cõditio, quia poterit esse, ꝙ ille non peteret ꝯtab. interim. ergo si est eiusdem gradus, nihil repugnat eum admitti. Non ob. l.illud.§.si de contratab. quia ibi loquitur in quadam conditione, quæ uerisimiliter expectari non debet. s. ut posthumus non nascatur, alias secus. Preterea ratio potest esse ista, quia si est eiusdem gradus, alio petente contratabu. secundum tabu. conuertetur in contratab.& ideo non expectatur, ut inf. proxi. §. alias secus, ut s.
6 Quærit glos. † vtrum interim posset peti unde liberi, donec pendet, an ille petet contratab.& alius secundum tab. Glo. arguit pro & contra, & finaliter dicit, quod sic. Sed quæro, dicit ne uerum ista

ista glo. Videte, si nos ponimus esse præteritos filios in potestate, qui dicunt nullum testm̄ de iure ciuili, tunc gl. dīt verum, ꝙ statī pōt peti vnde liberi, & probant oēs leges allegatæ in gl. Sed si nos ponimus filium emancipatum esse præteritum, nunc gl. non diceret verum, nisi ponamus institutum repudiasse, quia donec habet locum ſm tab. non hēt locum vnde liberi, &c. l. j. §. j. ꝟ. si tab. testa. nul. exta. Secundo quæro, [3] † ad quid prodest venire per vnde liberi, cum habeat locum ſm tab. Dicit gl. quo ad legata. Videte glo. verum dīt in emancipato hērde scripto, non adeunte, vel repudiante. alias non haberet locum vnde liberi. [4] † Sed quid l posthumo, Dicit gl. idem, ꝙ potest venire per ꝯtab. vel vnde liberi. Et hoc intellige in posthumo qui esset recasurus in potestatem. Ego dixi, ꝙ bo. pos. ꝯta. vel vnde liberi, cōpetere possunt eidem. Quæro, vtrū tp̄s simul cedat vtrique. Glos. ꝙ sic, & bene. Item dī, ꝙ expectandi sunt, qui possunt venire per ꝯta. quæro. [5] † quid si aliquis est exclusus per ꝯtab. sed pōt petere resti. in integ. an debeat expectari. Glo. dī, ꝙ non, & alleg. l. 4. §. j. ꝟ. de fideic. lib. & l. 2. §. si bonorum. inf. ad Tert. quod tene menti, & idem habuistis ſ. tit. j. l. si impubes. §. fi. [6] Hic dī, ꝙ debet expectari, † donec petatur ꝯtabu. Sed quid si est petita ꝯtab. utrum alius admittatur ad ſm tabulas. Rñ. sic, si ꝯtab. est delata ei, qui nō est ex liberis, l. si impubes. §. fi. ſ. ti. j. [7] † Quæro, vtrum quandiu potest peti Carb. debeat expectari, sicut quādo datur contratab. Vī, quod sic, quia Carb. & contratabu. dantur eodē iure, l. j. §. generaliter. ſ. tit. j. Sed contra, dic, ut in casib. quos habuistis supra ti. j. l. si impubes. in fi.

1 *Bonorum possessio secundum tabulas etiam hodie est necessaria pro instituto sub conditione.*

2 *Testamentum, in quo filius est institutus sub condōne, an sit nullum, remis.*

3 *Bo. pos. qua datur conditione pendente, an sit iuris, vel facti.*

4 *Bon. poss. secun. tab. condōne deficiente, ꝙ conuertatur in contratabulas.*

5 *Bon. poss. secun. tab. quando conuertitur in contratab. non est necessaria noua petitio, vel agnitio.*

